

Factum est uespere & mane

Dies unus. Genesis. I.

IOSEPHI ZARLINI

CLODIENSIS

SERENISS. REIP. VENETIARVM

IN AEDE D. MARCI MVSICORVM

MAGISTRI,

De vera Anni forma, siue de Recta eius emendatione.

AD SANCTISS. ATQ. BEATISS.

D. N. GREGORIVM XIII.

Pontificem Maximum.

Θεοῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος:
Καὶ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει πόνος.

Venetijs in Officina Varisciana. M D XXC.

LECTORI BENEVOLO.

CVM S. D. N. Gregorius XIII. Pont. Max. toto animo in eam curam incumberet, vt Annus in ſuam priſtinam formam, à qua iam pridem exciderat, reſtitueretur, quò in poſterum S. dies Paſcatis iuxta SS. Patrum decreta ſuo tempore celebraretur: ab Aloyſio Lilio, ingenii præſtantiſſimi uiro, uolumen emiſſum eſt, in quo huiuſmodi perficiendæ rei ratio continebatur. Veruntamen, cum in eo uiderentur quamplurimæ oriri difficultates, placuit ipſi D. N. de communi re, communi omnium conſilio deliberare. quam ob rem præcipua tantùm Capita, quæ res, & cauſas breuiter continerent, ad Chriſtianos Principes mittenda curauit, ut perquiſitis de iis Mathematicorum ſententiis, aut Lilii de corrigendo Anno rationem comprobarẽt, aut ſi quid in ea deeſſe uideretur, ipſi adderent; ac ſi quis eorum aptiorem rationem inueniſſet, in lucem proferret. Quæ Capita cum in meas manus perueniſſent, & de ipſa Anni reſtitutione quid ſentirem, ſæpius ab Amicis rogatus fuiſſem: uiſum eſt in eorum gratiam, quamuis

a 2 non

non sine magno labore, de hac ipsa re aliquid scriptis mandare; opusq; mea manu scriptum ad S. D. N. mittere. Quod cum Sex ferè ab hinc mensibus opera Reuerendiss. D. Alberti Bologneti Episcopi Massensis, ac eius S.D.N. apud nostram Remp. Legati factum esset, eiusq; Exemplar apud me remansisset: efflagitabant amici quotidie, ut uel ipsius sibi copiam facerem, uel etiam maioris commodi causa typis excudendum curarem. quorum honesto, ut mihi videbatur, desiderio cum mihi satisfaciendum duxerim, uolui ut, quod communi utilitati elaborauerim, commune etiam omnibus esset. Accipe igitur vrbane Lector excusum opus; & illud in manibus, legendo, sic habeas, ut, te nullius detrectatoris inuidia moueat. Sic enim usu venire solet, vt iam nullum opus sit, uel à doctissimo uiro elaboratum, atque in lucem editum, quod non inuidorum ac maleuolorum maledictis uideatur carpi. quod tametsi mihi probè notum erat, non tamen desistere uolui, quin etiam libros Vigintiquinque De utraque Musica inscriptos non sine multo sudore composuerim; quos breui, ut confido, tibi in apertum relatos leges. Interim accipe læta fronte quod modo à me tibi largitur muneris, & bene uale.

INDEX CAPITVM TOTIVS OPERIS.

DE rerum creatarum instabilitate operis Procemium, atque Caput primum.
De Anno emendando opiniones uariæ perpensæ. Cap. 2.
Quonam pacto Annus sit corrigendus, & Calendarium anno seruiens sit ordinandum. Cap. 3.
De Anno solari, deq; eius quantitate, ac S. Pascatis exorbitatione. Cap. 4.
De Aequinoctij anticipatione, quæ fit singulis annis, iuxta annorum usualium, ac annorum solarium quantitatem. Cap. 5.
De cognoscenda singulis annis in futurum Aequinoctij sede; & quonam pacto illa in Calendario sit stabilienda, ne amplius retrocedat. Cap. 6.
Alia ratio inueniendi sedem Aequinoctij, siue ingressum Solis in Arietem. Cap. 7.
Dies Aequinoctij per radios solares, ad quancumque Poli borealis eleuationem, quonam pacto cognoscatur. Cap. 8.

De

I N D E X.

De Cyclo solari Anni innouati. Cap. 9.
De Cyclo solari Anni veteris. Cap. 10.
Cyclus solaris Anni veteris quonam pacto Anno innouato accommodari possit. Cap. 11.
De Anno lunari, deq; Aureo numero, siue cyclo lunari, ac de eius instabilitate, & officio. Cap. 12.
De casu numeri cycli lunaris in Calendario adscripti, deq; eius reparatione. Cap. 13.
De Primo modo inueniendi S. Pascatis resurrectionis diem. Cap. 14.
Numerorum in nouo Calendario adscriptorum cum Aureis numeris veteris Calendarij collatio. Cap. 15.
De Secundo modo inueniendi S. diem Pascatis. Cap. 16.
Quonam modo per Tabulas S. Pascatis diem nullo penè labore quisque inuenire potest. Cap. 17.
De vero termino Pascali. Cap. 18.
De Initio diei naturalis, de Diuersitate meridianorum, ac de usu Numerorum cycli lunaris. Cap. 19.
Quòd Aequinoctium ad proprium locum reducere, non sit contra decretum S. Concilij Nicaeni, quodq; Roman. Pontifex nouam Regulam de celebrando uero Die S. Pascatis facere possit. Cap. 20.

FINIS TABVLAE.

Errata quædam Lector beneuole ſic emendabis. ſcito tamen numerum primum paginam, ſecundum uerò lineam ſignificare.

pag,	linea.		Corrigenda.
10.	13.	cerrectione.	correctione
11.	5.	arbores plantæ:	arbores, plantæ
13.	22.	Iudoęs	Iudęos
16.	6.	ſerendi,	ſerendi,
18.	17.	die 15.	die 19.
	21.	die 15.	die 19.
33.	1.	iterę	Literæ
34.	12.	ho. 23.	ho. 20.
38.	21.	declararandum.	declarandum.
40.	4.	ho.8.mi.13.ſec.33.ter.	ho.4.mi.8.ſec.16.ter.
	4000.	in tabella 35.12.20.	35. 10. 20.
41.	11.	ter 38.	ter. 18.
43.	7.	Horę 9.	Horę 6.
	27.	EXEMPLVVM.	EXEMPLVM.
	30.	186 / 203	189 / 203
44.	8.	ſedem.	ſede.
50.	23.	3.7.11.15.19.&28:	3.7.11.15.19.23.&28.
51.	3.	ſec.35. ter.10.	ſec.36.ter.14.
54.	31.	ter.6.	ter.16..
55.	4.	ter.6.	ter.16.
	19.	Chriſtus	Chriſti.
56.	28.	ſec.49.	ſec.46.
59.	4.	intercipiuntur.	intercipiunt.
	11.	multum.	multam.
61.	20.	Solem quandoque	Sole exiſtente quandoque
62.	9.	figuiari	figurati
	16.	per ioto	per totum.
70.	34.	cycli 83.& quemadmodum.	cycli 83. quemadmodum.
73.	12.	præſatus	præfatus
74.	31.	æquations	æquationis
	34.	niſi 29.	niſi 28.
75.	1.	annos 28.	anni 29.
77.	12.	correctionis, Calend.	correctionis Calendarij
79.	4.	incluſum, ac inter	incluſum, ipſum celebrare, ac inter
80.	16.	Febraio,	Februario,
81.	6.	Quartamdecimam	Quartadecimanorum
84.	14.	ter.15.	ter.13.
85.	32.	ſec.39.	ſec.31.
86.	7.	dies	diei
87.	620.	in tabella 17.39.6.	17.33.6.
	930,	in tabella.19.20.	19.28.
88.	19.	poſterum minimè poſsint	poſterum poſſint
94.	3.	mi.20.	mi.10.
	19.	Cap.11.	Cap.12.

101.	15.	abertent.	aberrarent.
	32.	computum eiusmodi	computum, & eiusmodi
103.	8.	Febrarij	Februarij
104.	22.	numero 9. siue	numero 9. innouati, siue
107.	21.	Aprili,	Aprilis,
111.	18.	A. cum	A. tum
123.	15.	exerptæ	excerptæ
125.	20.	fieri,	fiat,
126.	8.	fieri	fiat
127.	10.	sunt, nequeant	sunt, queant
132.	24.	contendissent;	contenderunt;
133.	30.	quod in diuino	quod diuino

IOSEPHI ZARLINI
CLODIENSIS
SERENISS. REIP. VENETAE
IN AEDE D. MARCI
MVSICORVM MAGISTRI,

De vera Anni forma, siue de Recta eius emendatione.

Ad Sanctiss. atque Beatiss. D. N. GREGORIVM XIII. PONTIFICEM MAXIMVM.

De rerum creatarum instabilitate operis Procemium, atque Caput Primum.

EST sententia omnium rectè philosophantium, Beatiss. Pater, Vnum esse omnium Principium, atque immobile Mouens, à quo dependent omnia cuiuscunque generis, quæ mobilitati, atque inconstantiæ sunt obnoxia. Veruntamen qui ante nos philosophati sunt, huic Principio atque Motori, satis imperfectè rem intelligentes, Primam causam, nomen indidere. Nos autem, Dei beneficio, excellentiori, ac supernaturali lumine illustrati, hanc Deum, & patrem D. N. Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cęlis, & in terra nominatur, esse intelligimus: qui cum Ephe.3.

A primum

primum sit Mouens, nec ab altero recipiat mouendi uirtutem, præter eum, nusquam est aliud Mouens. Solus enim ipse propria uirtute dat omnia moueri. Hi uero quibus inest mouendi facultas, ut puta Angeli, Cœli, atque Animæ à primo ipso mouente Deo uim, ac uirtutem recipiunt, & Secunda mouentia nuncupantur. Verum enimuerò cum ita res se habeat, Creata omnia motui, uolubilitati, ac instabilitati subiecta, Deumq; motorem primum, causamq; primam, ac penitus immobilem, confiteamur oportet, Diuina atte-
Malac. 3. Rom. 8. stante scriptura, Deum minimè mutabilem esse, ac uanitati
De consol. subiectam esse omnem creaturam. Quamobrem Boethium,
met. 3. Lib. 9. diuino illustratum lumine, de Deo carmine heroico ita locutum fuisse, inuenimus.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum, cœliq; sator, qui tempus ab æuo,
Ire iubes, stabilisq; manens, das cuncta moueri.

Quoniam, etsi non omnia mouentur, quidquid tamen mouetur, Dei permissu opus est moueri. Quocirca cum omnia, quæ mutationi & inconstantiæ subsunt, uel secundum esse, aut secundum operari subesse oporteat: quantum ad operari attinet, Angeli, quamuis à Deo boni creati sint, à principio tamen instabiles inuenti fuere. Nam de eis Sacrum te-
Iob. 4. statur eloquium: Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles. Quidam enim ex eis, ut Lucifer, sectatoresq; eius, cum propria culpa à statu rectitudinis cecidissent, reliqui, Dei beneficio, ad maiorem gloriam sunt euecti. Angelorum enim na-
De Sum. bon. lib. 1. cap. 12. tura, ut ait Isidorus, mutabilis est, quia inest illis mutabilitas in natura, sed facit eos incorruptos charitas sempiterna. Mutabiles quippe conditi sunt: sed contemplatione facti sunt immutabiles, animo impassibiles, mente rationales, stirpe æterni, ac beatitudine perpetui. Ea uerò, quæ quantùm ad esse mobilia, atq; instabilia existunt, aut secundum esse substantiale, aut accidentale tãtùm reperiuntur. Quam ob rem generabilia omnia, atque corruptibilia illi, Corpo-

ra uerò cœlestia huic subesse censentur. Quæ quidem corpo
ra licet generatione, corruptionèue haudquaquam mutentur:
nihilominus secundum esse locale mutabilia reperiuntur;
& talem ac tantam rebus creatis ingerere instabilitatem
cognoscuntur, ut de eis si loqui uellem, facilius esset mi
hi principium, quàm exitum inuenire. Eorum nanq; inconstantia
atq; mutabilitate, si hoc fas est dicere, ita procliuis,
ac mutabilis est in utrumque humana conditio (D. Ambro In ps. 47.
sij utor uerbis) ut quocunque intenderit, eò perpendat, &
uergat uel ad studia uirtutum, uel ad illecebras delictorum.
Quod quidem accidit, non quòd Cœli homini necessitatem
imponant; cum quisque Sapiens astrorum sit dominator,
sed ob peccatum & auersionem à summo Deo. Inclinant
profectò, sed minimè constringunt homines ad aliquid
malè operandum corpora cœlestia: in quibus tanta
inest, ut ita dixerim, inconstantia atque mutabilitas, ob
motuum diuersitatem, atque ob motum, ut uocant, Accessus,
& Recessus, ut à nemine adhuc (quod certò sciam)
ob hanc eorum inconstantiam atque mobilitatem, quamuis
eorum motus sint regulares, solaris Anni quantitas, ut
infra ostendemus, perfectè cognosci, aut hominibus tradi
potuerit. Nec mirum, Dei enim permissu hoc factum est.
Nam Dominus B. Iob loquens dicit: מִי יְסַפֵּר שְׁחָקִים בְּחָכְמָה Iob. 38.
Quis enarrabit Cœlos in sapientia; uel, ut habet nostra uul
gata editio, Quis enarrabit Cœlorum rationes? Immutabilis
enim Deus noluit mortalem quempiam, ueluti arcani
sui conscium, ea, quæ illius Sapientia secretissimo secessu &
consilio abdidit, certo ac præfinito temporis spatio determi
nare posse: cum nostrum non sit articulos nosce temporum, Act. 1.
quos ipse in sua ipsius constituit potestate. Nonne satis est
homini hac in miseriarum ualle ex parte cœlestibus de rebus
cognoscere? quando, adepta demum immortalitate,
quod perfectum est, quodq; ex parte abolebitur, ueniet, ut
omnia plenè, perfecteq; cognoscat. Vnde Anno ante Quin

to & quadragesimo, quàm unigenitus Dei Opt. Max. Filius nasceretur, C. Iulio Cæsari, Dictatori perpetuo, & in Rom. Rep. tunc temporis Pontifici Maximo, cum ab Aegyptijs, melius, quàm cæteræ nationes, Annos, Dies, & Horas numerantibus, Astronomiam didicisset, satis uisum est, Sosigenis peritissimi uiri hortatu, si dies Romani, & menses cũ Solis potius, quod nonnullæ nationes seruare solebant, quàm cum Lunæ ratione conuenissent. Nam cum putaret, Solem tercentis ac sexaginta quinque diebus, atque sex horis Signiferum quotannis percurrere: singulo quadriennio, Quint. Cal. Martias, diem unum iussit intercalari, ut Aequinoctium uernum, quod eo tempore Octa. seu Sept. Cal. Aprilis esse compererat, in eodem loco, ubi fortasse arbitrabatur perpetuam sedem habiturum esse, stabiliretur. Quapropter ad eam formam Annum redigere elaborauit, qua nos ad hunc diem usi sumus. Veruntamen secus accidisse comperitur: si quidem ex Aequinoctij anticipatione, atque Lunationum deuiatione Sacer dies, quo unigenitus Dei filius immortalis post mortem crucis reuixit, & mobilis cuiuslibet Festi diei ratio adeò commutata est; ut S. Pasca sæpenumero per hebdomadam, ac etiam per plures dies ulterius, quàm ipsius temporis ratio postularet, in S. Ecclesia sit celebratum. quemadmodum hoc Anno Domini instante 1579. accidisse uidimus, quando inter Pasca, iuxta ueram oppositionem luminarium, & Pasca ad consuetudinem Ecclesiæ celebrandum, Dies 35. intercesserunt. cui errori si posthac occursum non erit, eueniet, ut processu temporis dies mortis Christi, ac dies eius Natiuitatis, & S. Pasca in æstiuo solstitio, cum ipso D. Iohannis Baptistæ die natiuitatis, concurrant necesse sit. Verùm cum gratia D. N. Iesu Christi tibi, Gregori. xiii. Pont. Max. eius in terris Vicario, & Pastori, quod tuum fert nomen vigilantissimo, pietatisque studiosissimo ipsius gregis cura demandata sit: Dei quoque benignitate, ut credimus, factum

erit,

erit, ut per te abusus, qui in S. Pascæ celebrationem irrepserant, omninò tollantur, atque corrigantur. Quam prouinciam cum à te Guilelmo Sirleto, Cardinali amplissimo, ac de re literaria optimè merito, alijsque uiris illustribus, doctissimisque commissam accepissem, & iam te P. Sanctissi. ad omnes christianos Principes scripsisse, atque de hac re maxima eos consuluisse: sanè mirum in modum tua uigilantia sum gauisus: idque fuit in causa, ut, post quàm audiui quamplurimos uiros doctissimos, hac tua deliberatione permotos, uarios tractatus in lucem edidisse, sed ipsos inter se de Ratione, qua inueteratus iam error remoueri posit, minimè conuenire, ego quoque ad scribendum de uera Anni forma, siue de Recta eius emendatione animum appulerim: ne, quod aiunt, inter homines solummodo numerus esse uiderer. Quod quidem feci, non quòd sperarem, me tot homines doctissimos, qui in hac desudarunt arena, superare, aut uincere posse, sed quòd cogitarem, me fortasse aliquid non inutile huic negotio allaturum esse: præsertim, cum scirem, quamplurimos Mathematicos uiros extitisse, superiori ætate, ac etiam nostra hac tempestate existere, qui conati sunt, formam, siue rationem aliquam inuestigare, qua Calendarium ita restitui posset, ut Aequinoctij, atque Aurei numeri inconstantia tolleretur, quò hæc stabilia, ac firma in posterum in suis sedibus permanerent. Satis enim mihi tunc uidebitur fecisse, si pro uirili parte publicæ utilitatis causa laborauero, atque ueluti pro Arcæ fœderis constructione loco auri & argenti, lapidumque pretiosorum, pelles saltem, aut pilos, ad eius operimentum attulero. Sed cum iam hunc meum laborem De uera Anni forma, siue Emendatione in lucem emittere statuissem: eum potissimum tuo nomini Beatiss. Pater, qui magnopere ueram Anni emendationem curas, dicare uolui; Nomini inquam tuo GREGORI. XIII. PONT. MAX. qui cum Maximus sis, maxima quoque uigilantia atque pru- Exo. 35.

dentia

dentia Maximum opus moliris: cui finem imponere in te positum est. Tibi uerò cum primùm in mentem uenit ea de recogitare, tuum esse putasti, in re tam magna, tamque difficili consulendos esse quamplurimos, qui tibi in ea re aliquid adiumenti afferre possent. inter quos tametsi fortasse inferiorem locum teneo: tamen cum mecum cogitarim, dictum esse à Græcis,

Gellius 1. noct. At. cap. 6.

Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

noluit Sanctitati tuæ non patefacere, quæ de re tanta ego quoque sentirem. Accipe igitur Pater beatissime læto animo hoc qualecunque opusculum, tibi à me, qui in Ecclesia Dei sacerdotale munus sustineo, dicatum: in quo aliquid fortasse inuenies, quod huic negotio non inutile fore existimabis. Interim illud abs te etiam atq; etiam peto, ut sanctas aures tuas mihi, pro dignitate atque utilitate Christianæ Reip. in re tam necessaria desudanti præbere digneris. Ego uerò opus aggrediar, & quæ dicturus sum, ea quàm breuissimè potero dilucidè, planeque percurram.

De Anno emendando opiniones uariæ perpensæ. *Cap. II.*

CUM totum hoc negotium de Anni emendatione uersetur circa Aequinoctij uerni obfirmationem, ac Quartædecimæ Lunę primi mensis indagationem: uidendum est, an huiusmodi obfirmatio in eo loco constituenda sit, in quo nunc est, aut in quo olim erat: ut Annus, qui iam à priori sua forma exorbitauerat, ad eandem, quoad eius fieri possit, restituatur. Sed quoniam multi uaria de hac re sensere, ac diuersa protulere: ideò singulas eorum opiniones placet primum breuiter recensere, deinde definire, quo in loco ipsum Aequinoctium sit stabiliendum, postremo ostendere quo nam pacto, præmissa Calendarij reformatione, Annus innouari commodè possit.

posſit. Animaduertendum igitur eſt, quoſdam arbitratos fuiſſe, rectè factum iri, ſi Aequinoctium uernum in die Decimo menſis Martij, in quo noſtra hac tempeſtate incidit, ſtabiliatur, ac deinceps S. Paſca prima Dominica poſt lunam Quartamdecimam æquinoctium ſtatim ſequentem, ex decreto SS. Patrum celebretur, ne ad præſens in Eccleſia quicquam innouetur. Alij uerò contendunt, illud non eſſe in hoc loco firmandum, ſed in eo, in quo tempore primi atque Oecumenici Concilij Niceni 318. Patrum erat, hoc eſt, in die Vigeſimoprimo Martij, S. Patri Benedicto dicato: demendo, ſiue de Februario menſe, ſiue etiam de Martio dies Vndecim: quod quidam arbitrantur rectè fieri poſſe, ſi de quolibet maiorum menſium, interuallo duorum annorum, dies unus dematur. Quod quidem etiam nonnulli rectè factum putant, ſed melius tunc rem ſe habituram, ſi tempus Quadraginta annorum communium, abſque ulla intercalatione tranſigatur: ita ut Annus Romanus modo Romano tacitè innouetur. Quidam etiam opinati ſunt, Aequinoctium poſſe rectè transferri in Diem primum menſis Aprilis, & Annum eo pacto ſtabiliri, ut cætera anni tempora, Bruma ſcilicet, Solſtitium æſtiuale, & autumnale Aequinoctium in locis proprijs quocunque cadant, ſine dierum menſium alteratione, obfirmentur. & Iobilei Annus, qui ſingulis uigintiquinque annis accidit, cum Bruma in anni principio ſtabiliatur. Putant quoque nonnulli, ita annum eſſe corrigendum, ſiue innouandum, ut Sol unumquodque ſignum Calendis menſium ingredi poſsit, detractis prius diebus uiginti & uno, reuocatoque Sole ad principium Capricorni & Ianuarij; itaque Dies menſium ordinentur, ut Ianuarius, Nouember, ac December diebus 29. Februarius, Martius, & October 30. Aprilis, Maius, Auguſtus, & September 31. Iunius, & Iulius 32. numerentur. Non deſunt etiam qui arbitrantur Calendarium ita eſſe ordinandum, ut Dies Dominici perpetuò in eoſdem menſium

dies

dies incidant, & S. Pafca aliquo horum dierum celebretur. Veruntamen alij dicunt, Aequinoctium in Diem 8. Calen. Aprilium, ideſt, in Diem 25. menſis Martij eſſe transferendum, tanquam in ſedem, ac locum proprium: quoniam huiuſmodi Aequinoctium, ibi etiam eo erat tempore, quo Chriſtus Saluator noſter paſſus eſt. Quam opinionem, tanquam cæteris meliorem, commodiotem, atque faciliorem, ut mihi uidetur, & hac tempeſtate præ aliis Religioni noſtræ magis conſentaneam, ut oſtendemus, ſequendam eſſe arbitror. Verùm antequàm de hac re meam dicam ſententiam, omnibus teſtatum eſſe uelim, quidquid de Anni innouatione, ſiue de recta S. Paſcæ celebratione ſum dicturus, mihi tantùm probatum iri, quantùm à te Beatiſs. Pater, & ab his, ad quos ſpectat de hoc negotio proferre iudicium, approbatum erit. Non enim mihi propoſitum eſt, quidquam uelle aſſerere, quod Sacroſanctæ Eccleſiæ, aut Chriſtianæ religioni aduerſetur. Quantum igitur ad primā opinionem attinet, apparet, eam uerſari, ut ita dixerim, circa petitionem principii. Nam etiam ſi Paſca poſt lunam Quartamdecimam primi menſis in Dominica (ut fit) ac cætera Feſta mobilia congruis temporibus celebrentur: Immobilia tamen, quæ ſtatis diebus menſium celebrantur, extra ſua tempora fierent: quod eſſet non paruum inconueniens, & qui prius in SS. Feſtiuitatibus celebrandis committebantur errores (ſi rectè errores uocari poſſint) nequaquam corrigerentur. Et quamuis forma huiuſmodi correctionis tutiſſima, ac omnium facillima uideatur, ob nimiā tamen Aequinoctii à priſtina ſua ſede elongationem nequaquam eſt admittenda: quoniam, licet aliqui commodi ea afferre poſſet, ut puta, quia Tabulæ aſtronomicæ, ac cycli omnes integri, atque illæſi (ut affirmant) ſeruarentur, ac in Eccleſiam Dei nulla induceretur nouitas; quod profectò ſimpliciter non eſt nerum: nihilominus S. Paſca, & reliqua Feſta mobilia, ut diximus, nonnunquam nimis tempeſtiuè

celebra-

celebrarentur. ex quo multa sequerētur absurda, quæ recen sere non est necesse. Minus etiam approbanda est Secun da corū opinio, qui de Anno dies decem siue Vndecim demen dos esse affirmant: quando apparet, correctionem istam incongruam fore. nescio enim quo pacto illi dies in pristinas suas reuerterētur sedes: quia præter literarum Dominicaliū in Calendario ordinis inuersionem, etiam omnia alia confunderentur. Tunc enim in solari cyclo, & in feriarum, siue dierum ordine, atque hebdomadibus non pauca sequerentur absurda, multaq; in Calēdario perturbata inuenirentur, nec tempora, quibus Clarorum uirorum perpetrata sunt gloriosa facinora, atque res aliæ præclarè gestæ sunt, suum statum, locumque seruarent. Non enim nisi magna cum difficultate, si quis scire cuperet, quonam mense, aut die eiusdem, aut quanam hebdomada celebre quid, aut scitu dignum actum sit, eius notitiam assequi posset. Nec audiendi sunt, qui opinantur, diem nullum in Quadraginta quatuor annorum spatio esse intercalandum. tunc enim solaris cyclus, à quo literarum Dominicalium cognitio prouenit, in totum caderet, & magna oriretur confusio. quæ quidem etiam maior fieret, si principia uniuscuiusque mensis ab ingressu Solis in quodlibet signum Zodiaci ducerentur. ac sine ullo mysterio dies natales D. N. Iesu Christi, & D. Iohannis Baptistæ celebrarentur: de quibus D. Iohannes Chrysostomus religiosè admodum philosophatur. Nullo etiam pacto attendenda est illorum opinio, quibus placet S. diem Pascatis in Calendario stato die Dominico perpetuò esse celebrandum: quæ opinio meo quidem iudicio cæteris uidetur absurdior, nec solum non est amplectenda, sed omninò reijcienda. Nihil enim boni, sed multa mala secum affert. quia, ut alia quamplurima ommittam, esset hoc quoddam quasi seminarium dissidij, perpetuæq; discordiæ inter orientalis & occidentalis ecclesiæ Christi fideles. cum multis ab hinc seculis concordi animo utrinque receptum sit, ut S. Pasca iuxta SS. Patrum decreta post uernum Aequinoctium,

In Ser. de Natiuitate S. Iohannis Baptistæ Tom. 2.

B atque

atque post Lunam quartamdecimam primi mensis proximè sequenti Dominica celebretur. Quam ob rem, ut pax sit ecclesiæ non solum in diebus nostris, uetum etiam futuris seculis, nihil opinot esse innouandum. Aequinoctium enim in pristinam suam sedem restituere, ac nouam Anni rationem instituere, ut in posterum S. Pasca suo tempore ab omnibus rite celebretur, non facit propterea, quin decreta SS. Patrum & Conciliorum seruentur: at uero stato die Dominico celebrare Pasca resurrectionis, hoc quidem SS. Patrum decretis aduersatur. quod etiam fieret, si eorum sequeremur sententiam, qui cēsent Dominica proximiore Diei 25. Martij ipsum S. Pasca colendum à Christi fidelibus esse. Nec in huiusmodi cerrectione Numæ Pompilij, siue aliorū ratio, ut aliquibus placet, recipienda est. Deo enim per Christum Saluatorem nostrum reconciliati sumus; cuius temporum rationes potius, quàm Romuli & Numæ anni Romani autorum seruandæ uidentur. Quid enim nobis cum Numæ, aut Romuli, siue aliorum memoria? nonne potius, ut rectè sentit Vgolinus Martellus Episcopus Glandarensis, ad gentilitatem, quàm ad Christianam pietatem ac religionem nos suscitaret? Religiosè igitur tenenda sunt à nobis tempora & titus, quos magnoperè SS. illi Patres in prima illa Ecclesia sequuti sunt, non aliorum. Tunc enim magna cuncti fideles afficientur lætitia, si scient, ea illa esse tempora uera, in quibus Dominus Noster pro salute mundi incarnari, nasci, ac tandem mori dignatus est. Nam in uerno Aequinoctio 8. Cal. Aprilis, quando omnia iam germinare incipiunt, ut tunc germinaret radix Iesse, Angelo nunciante, de Spiritu sancto ex Maria Virgine Christus uerus Dei filius incarnatus est, & in Quartadecima luna, post huiusmodi Aequinoctium, Sexta feria ei proxima, paulo ante meridiem, Anno suæ ætatis 33. ut in Tractatu de Die mortis Christi ostendimus, cruci affixus, & circa horam Nonam mortuus est. cum iam 8. Cal. Ianuarij (ut placet D. Chrysostomo) tunc temporis circa noctem mediam, quando dies cresce-

crescere incipiunt, in Bethlehem oppido, in pauperimoq; tugurio lo ex beata Virgine natus sit Saluator. Poterat quippe aliis temporibus incarnari atque nasci. uerum Omnipotens & mirabilis Deus, qui omnia in nobis mirabiliter operatur, uoluit, ut eius unigenitus uerno tempore, in quo arbores plantæ, ac cætera huiusmodi germinare incipiunt, in carnaretur; ut cognosceremus, nos per ipsum uitam habituros, & in nobis arborem nostrarum operationum germinaturam, flores missuram, ac tandem fructus laturam, immarcessibiliq; tempore, ac sempiterno æuo duraturam. Propter hoc igitur Christus in Aequinoctio incarnari, & in hyberno Solstitio, cum iam dies crescere, & ad nos Sol redire incipit, nasci uoluit, ut iam intelligeremus, ipsum esse uerum iustitiæ Solem, ac lucem ueram, quæ illuminat omnem hominem in hunc mundum uenientem. sed hæc hactenus. Non enim est hic locus enarrandi omnia, quæ de hac re dici possunt: redeamus ergo ad propositum. Cum doctissimorum hominum consilio ac iudicio dies superuacaneos de Calendario, siue de Anno demi oporteat: arbitror, Romanum Aequinoctium in eundem diem mensis transferendum, in eoque stabillendum esse, in quo erat, cum Christus omnium redemptor in utero Virginis est incarnatus, hoc est, 8. Cal. Aprilis, qui est 25. dies Martij, tanquam religioni nostræ magis consentaneum: in quo etiam die inueniebatur huiusmodi Aequinoctium, cum Cæsar annum Rom. correxit, atque ad hanc, qua utimur, formam, reduxit. Nicænam enim synodum tūc temporis D. Syluestri summi Rom. Pontificis auctoritate congregatam negotium de constituēdo & celebrando S. Pascatis die orientalibus Alessandriam habitantibus demandasse legimus. nunc uero à te Rom. Pōtefice Pater Beatissime, qui in toto terrarum orbe uices geris Christi, de Aequinoctio in pristinam, quam habuit tempore Christi, ac primorum Rom. Pontificum sedem reducendo, omnibus huic suo sancto consilio maximè applaudentibus Christi fidelibus, occidentalibus Romæ commorātibus

1. Cor. 12.

Ioh. 1.

prouincia est commissa. Et si unquam animum induxisti uel le Vernum Aequinoctium in 21. die Martii statuere: spero, te expensis his rationibus, quas sum allaturus, in die 25. eiusdem mensis, ipsum esse stabiliturum: si quidem C. Iulio Cæsare Imperatore, ut ex Plinianis uerbis licet cognoscere, Solstitium hybernum in eodem die sedē habebat. sic enim Plinius, Cardo temporum quadripartita Anni distinctione constat, per incrementa lucis. Augetur hæc à Bruma, & æquatur noctibus uerno æquinoctio, diebus 95. horis tribus, deinde superat noctes ad Solstitium diebus 93. horis duodecim. Verum ab hoc minuitur diebus 93. usque ad Aequinoctium Autumni, & tunc æquata die procedit ex eo ad Brumam, diebus 89. horis tribus. Horæ nunc in omni accessione æquinoctiales non cuiuscunque diei significantur, omnesque eius differentiæ fiunt in octauis partibus signorum Bruma Cabricorni ad 8. Cal. Ianuarii ferè, Aequinoctium uernum Arietis, Solstitium Cancri, alterum Aequinoctium Libræ. hactenus Plinius. Quod quidem est uidere etiam apud Collumelam auctorem uetustissimum. Idem quoque D D. Augustinus, & Chrysostomus sentiunt. quorum posterior quàm optimè de Aequinoctiis, & Solstitiis christianè locutus sit, quisque uiderit. In sermone enim de Natiuitate S. Iohannis Baptistæ sic ait. De Solstitiis & Aequinoctiis conceptionis & natiuitatis D. N. Iesu Christi & Iohannis Baptistæ nescio, an quisquam ausus sit arcanum, fratres, ante Christi natiuitatem intelligere, uel determinare cursum horarum, dierum, ac noctium, per quos Solstitia & Aequinoctia cognoscere posset, cum Iob glorioso in suis passionibus dictum sit: Et hoc mihi dic, inquit, an scias cursum Solis & Lunæ, quæ cuique duo luminaria ad constitutionem diei, ac noctis esse uidemus. Et paulò post; Ieiunium quartum, & septimum, & decimum erit domui Iuda in lætitiam & gaudium & solennitates bonas, & dies festos multos, & iucundi eritis, iucunditatem, & pacem amabitis: quæ tria ieiunia nunquam à Iudæis seruata fuisse inuenimus. Non enim aliquan

do

Histo. natu. lib. 18. cap. 25.

De Re iust. 11. cap. 2.

Iob. 38.

Zach. 8.

do Quarta feria ieiunauerunt, aut Septima, quod dicitur Sabbathum, aut Decima feria, quæ nec poteſt dici; quamuis, & ſi in ſabbatho ieiunauerunt, non legi parendo, ſed opportunæ neceſſitati. Quærenda igitur erat, Fratres chariſſimi, quæ eſſent iſta Quarta, & Septima, & Decima, quorum initium Propheta non nominauit, à quo Quartum, uel Septimum, uel Decimum numeraremus. Et bene quidem Propheta pro altitudine Spiritus ſancti initium ieiuniorum non poſuit: ut eum de initio ipſorum ieiuniornm quæreremus, ſimul & uirtutem ipſorum inueniremus, & Moſis man data recenſeremus. Satis enim Dominus ad Moſen de menſe Martio teſtabatur, dicens: Hic uobis menſis initium menſium Primus erit uobis in menſibus anni. Quod ſi igitur ipſe eſt initium anni: iam utique ab ipſo quartum menſem Iunium numeraremus, & ſeptimum Septembrem, & decimum Decembrem. & paulò poſt: Hi ſunt menſes, in quibus D. noſter & Iohannes Baptiſta concepti & nati ſunt, iſtis quatuor tẽporibus, ideſt, Verno & Aeſtate, & Autumno, & Hyeme: per quæ annus uertens cognoſcitur. Et de Iohanne etiã ait: Geſta ſunt autem hæc, ante primum annum Imperij Tiberij Cæſaris, menſe Septembri. 8. Cal. Octobris: incipiente luna Vndecima, quando oportebat Iudeos ieiunium Sceno pegiæ celebrare. Tunc enim poſt, anno Nono Tiberius Cæſar tempus, curſumque lunæ collegit, & inuentum eſt, ipſa die 8. Calendarum Octobrium eſſe Aequinoctium, in quo eſt inchoatio noctis maior, quàm lucis. Et paulo inferius ait: Poſt ſextum autem menſem conceptionis Iohannis, qui eſt 8. Cal. Octobris, ſextus menſis Martius principium anni, quia princeps & primarius omnium, Chriſtus ſcilicet, ipſo menſe cõceptus & paſſus eſt. Hæc omnia D. Chryſoſtomus; quæ libuit ad longum recenſere, ut poſſit cognoſci, quàm optimè de Chriſto & de præcurſore eius locutus ſit. Tuum igitur eſt, Pater Sancte, cognoſcere, ſi Solſtitia, & Aequinoctia ad propria loca reducantur: quanta ad nos commoda ex ea re prouenire poſſint. Primum enim, Feſtum ſacrum Paſcatis

Exod. 12.

ſcatis, ut antiquitus in primordio Eccleſiæ, & reliqua mobilia (ut uocant) Feſta, quia ab ipſo die S. Paſcatis pendere uidentur, ſuis locis celebrabuntur. deinde, feſta etiam Immobilia, quæ ſunt dies natalis Domini, atque eius Præcurſoris; utriuſque etiam conceptio, non ammouendo à propriis ſedibus, aut diebus in Calendario, ad propria tamen tempora, ideſt, ad Solſtitia & Aequinoctia reducentur. Sic Chriſti cōceptio in uerno Aequinoctio, ac eius Natiuitas in Bruma, ſiue hyberno Solſtitio, & Iohannis conceptio in Autumnali æquinoctio, eiuſque Natiuitas in æſtiuo Solſtitio recolentur. Non ſunt igitur hæc myſteria Pater Sancte à nobis paruifaciēda; immò uerò Chriſti fidelibus memoria ſępenumero repetenda, ut religio noſtra magis, magiſque in dies augeri poſsit. quod fiet profectò, ſi omnes ſcierimus, hæc nō caſu, ſed Dei conſilio facta eſſe: cum non ſine magno myſterio, ut ſupra oſtendit D. Chryſoſtomus, Chriſtus in Aequinoctio uerno concipi, & in Solſtitio hyberno naſci uoluerit; Iohānes uero contra in autumnali Aequinoctio conceptus ſit, ac in Solſtitio æſtiuali ortum habuerit. Si igitur hæc omnia, quæ myſteriorum plena ſunt, Beatiſsime Pater, perpendere libuerit: Aequinoctia, & Solſtitia in priſtina loca neceſſariò reſtituentur: Græcorum autem eccleſia, quæ per multa tempora in aliquibus, S. Rom. ſedi reſtitit, ita (ut ſpero) conuincetur, ut hanc correctionem, quam moliris, annuens, atque conſentiens D. Chryſoſtomo, de Solſtitiis & Aequinoctiis mira loquenti, facilè amplexa fuerit, & in re iſta nihil aduerſa erit. Ad poſtremum, ut cætera ommittam, omnia tempora, in quibus ſerendum, ac metendum eſt, iam pridem ab hominum mentibus elapſa agnoſcentur. Nam multum prodeſt, tempore ſuo agros colere, ſerere, ac alia quamplurima facere, quæ ad rem ruſticam pertinent. ſi quidem cum alieno tēpore aratro terra ſcinditur, ac ei ſemina mādantur; tūc

Geor. 1. *Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ.*

Agricolæ ſanè, ac eorum domini uera tempora, quæ iam exorbitauerant, non intelligentes, ruſtica præcepta cōfundunt.

fundunt. unde necesse est res haudquaquam prosperè succedere. Præcepta enim Rusticæ rei sunt hæc.

Libra die, somniq; pares ubi fecerat horas, Vt sup.
Et medium luci, atque umbris iam diuidet orbem:
Exercete uiri tauros, serite ordea campis.
Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.
Necnon ut lini segetem, & cereale papauer
Tempus humo tegere, & iam dudum incumbere rastris:
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis satio. tunc se quoque medica putres
Accipiunt sulci, milio uenit annua cura,
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus: & aduerso cedens canis occidit astro.
At si triticeum in messem, robustaq; farra
Exercebis humum: solisq; instabis aristis:
Ante tibi Eoæ Athlantides abscondantur,
Gnosiaq; ardentis decedat stella Coronæ:
Debita quàm sulcis committas semina; quamque
Inuitæ properes annis spem credere terræ.

Quidam etiam ante tempora congruentia, auaritia ducti, terræ semina committentes, sæpenumero falluntur; nam

Multi ante occasum Maiæ cœpere; sed illos Ibidem.
Expectata seges uanis elusit auenis.

Huius autem rei ratio sic se habet. Agricolæ annis ab hinc ferè M. DC. statis quibusdam diebus; scilicet, statim post 25. Martij; quò die erat in caput Veris; hoc est, ingressus Solis in Arietem, ac statim post diem 28. Septembris, quo die erat principium Autumni, uidelicet, ingressus Solis in Libram, cum nonnulla serere consueuissent, nunc uerò cum initium tam Veris, quàm Autumni in præfatos dies non cadat, sed dies 14. anticipet: huiusmodi temporis uariationem non intelligentes, sed suo more tantùm dies illos obseruantes, ac circa eorum tempora semina terræ mandantes, à concepta frugum spe, sæpe defraudantur. Plurimi enim refert, in iactandis seminibus uera tempora, ut omnia

prospe-

prosperè succedant, obseruare. Cum igitur hæc ita sint: si uernum Aequinoctium ad pristinam eius sedem, hoc est, ad diem 8. Cal. Aprilis per te P. Beatisime reuocabitur, profectò non erit posthac, cur S. Dies Pascæ, cæteraque festa mobilia extra sua tempora celebrentur; festa Immobilia à proprijs temporibus deuient; postremò, uerę ferendi, ac plantandi temporum rationes prætermittantur: sed homines agriculturæ opportunè operam dantes, ubertatem illam frugũ, quam expectabunt, Dei benignitate facilè consequantur.

Quonam pacto Annus sit corrigendus, & Calendarium anno seruiens ordinandum. Cap. III.

IGITUR ad Anni reparationem, siue emendationem, cum opus sit omnino de Anno aliquot dies demere: quæ omnium ferè est sententia: mihi uidetur Beatiss. Pater, sequendam esse tanquam cæteris meliorem atq; commodiorem illorum opinionem, qui opinati sunt, de aliquo Anni mense dies Quatuordecim demendos esse. Veruntamen duo præcipuè sunt omnino animaduertenda, sine quibus nihil in ea re boni fieri potest, primum ut uernum Aequinoctium in primam eius sedem restituatur; scilicet, in diem Vigesimumquintum Martij, qui dies iuxta astronomicam consuetudinem incipit à meridie diei præcedentis; sed iuxta nostram supputationem, quam in toto hoc tractatu sequimur, ab occasu præfati diei sumit initium. si quidem tempora & eorum partes ad Latitudinem & longitudinem huius Almæ Vrbis Venetiarum supputauimus. & (ut omnia facilius intelligantur) Dierum principia sumpsimus ab occasu Solis. Secundum, ut in huius diei sede ita stabiliatur, ut in posterum ab ea, quantum fieri possit, non recedat: quemadmodum suo loco ostendetur. Mihi uero, antequam ulterius progrediatur necessariũ uidetur, primum describendum, siue ordinandum Calendarium, tanquam fundamentum, supra quod nouum istud ædificium construatur; quod quidem in duodecim tabulas

diuide-

diuidemus: ita ut unaquaque suo mensi accommodetur, uidelicet prima Ianuario, secunda Februario, tertia Martio, & sic de reliquis: quæ singulæ in undecim columnas erunt diuisæ, figuræ parallelogrammi non absimiles, in quibus omnia, quæ ad ipsum Annum pertinent, continebuntur. erunt autem hoc pacto disposita: Prima, sinistram partem occupans literas feriales, siue dominicales, quas Solares etiam uocant, tam Anno innouato, quam ueteri seruientes; Secunda uerò Numeros dierum mensium anni innouati tantummodo includet: quod etiam de Octaua, partem dexteram tenente est intelligendum. nam in ea dies mensium Anni ueteris, ac usualis ordine dispositi erunt. Verumtamen in Vndecima & ultima Calendarum, Nonarum, ac Iduum ordo ad ueterem annum spectantium apparebit: quas etiā Anno innouato, cum opus fuerit, aptare non erit difficile. nam si cui his uti placuerit, facile erit dies mensium Anni ueteris cum diebus Anni innouati conferre, ac dies Calendarum, Nonarum, atque Iduum cuiuscunque mensis ueteris Anni, ut puta diem primum, in quo Calendæ extant, priori etiam diei mensis Anni innouati accommodare. In tertia uero columna adscripti sunt Numeri cycli lunaris iuxta dies mensium, in quibus fient duorum luminarium ueræ coniunctiones, atque Solis eclipses, tantùm ad 19. annos futuros. In quinta similiter descripti sunt præfati Numeri ad inueniendas oppositiones ipsorum luminarium: & Eclipses Lunæ ad annos item 19. In quarta autem & in Sexta è regione dierum mensium, sub suis titulis inueniuntur Partes dierum, in quibus fient præfatæ coniunctiones, oppositiones, & Eclipses. In Nona erunt Aurei numeri adscripti Calendario in parte Anni ueteris è regione dierum, in quibus fient Nouilunia secundum medium motum, modo, quo hactenus usa est S. Rom. Ecclesia. Verum in Decima apparebunt Numeri indicantes iuxta præfactum motum, Plenilunia, siue lunas Quartasdecimas. Animaduertendum tamen est, quòd quandocunque in columna Quarta,

C siue

siue Sexta signi istius ⅃ cauda, siue sursum, siue deorsum uergens reperta fuerit: Numerus cycli lunaris & Partes diei, quæ ponuntur in die, ipsa cauda notato, sunt transferendę in diem, in quem huiusmodi signi caput cadit, quod angulo recto est figuratum. Exemplum. Coniunctio luminarium Vnitate demonstrata, quæ est è regione diei 18. Februarii, huius signi cauda signata, ad diem 17. attinet. itaque ipsius coniunctionis tempus, quæ sunt Ho. 23. minu. 50. in diem 17. est transferendum. Contra uero, coniunctio numero 15. annotata, sub die 11. mensis Iunii, cum cauda præfati signi sit designata, in diem 12. ubi appositum est huius signi caput, transportari debet: quod idem etiam in Oppositionibus luminarium, ubi huiusmodi signum describitur, est obseruandum. Verum ex his sex ultimæ columnæ, tam innouato, quàm ueteri Anno accommodari poterunt, in unoquoque die suorum mensium ita, ut cum (exempli gratia) sub die 15. Ianuarii Anni innouati in tertia columna reperiatur Vnitas, diei quoque Quinto eiusdem mensis Anni ueteris correspondere cognoscatur; sicque etiam contra Aureus numerus 5. in nona columna, sub die 5. eiusdem mensis Anni ueteris adscriptus, diei 15. mensis eiusdem anni innouati correspondere inueniatur. Sed columna Septima, cæteris maior, ostendet, quibus diebus Sanctorum dies festi in Anno innouato celebrabuntur, scilicet, iisdem diebus quibus in Anno etiam ueteri celebrari consueuere. Quam ob rem, Calendario in hunc modum digesto, facilè erit cognoscere, quo nam pacto dies Anni ueteris diebus Anni innouati, atque Calendæ, Nonæ, & Idus, Anno ueteri seruientes diebus Anni innouati correspondeant; similiter & dies S. Pascæ in Anno innouato quomodo correspondeat diei mensis in Anno ueteri, æquè, ac si eo die celebranda fuisset. Festa uerò Immobilia in Anno innouato proprias sedes, hoc est, dies mensium sicut in Anno ueteri, quod etiam supra diximus, retinebunt. Sed iam nostrum Calendarium describamus.

I. Literę dominicales.	II. Numeri dierum mensis.	III. Numeri cycli lunaris ☌ luminariū.	IV. Coniunctiones luminariū & Eclipses. ☉ Tēpus ab occasu. Hor. mi.	V. Numeri cycli lunaris ☍ luminariū	VI. Oppositiones luminariū & Eclipses. ☾ Tēpus ab occasu. Hor. mi.	VII. IANVARIVS MENSIS tam Anni ueteris, quam Innouati currentis Anni M. D. XXC. principium; in quo Festa sequentia ad cōsuetudinem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ singulis diebus, quibus adscripta sunt, erunt celebranda.	IIX. Numeri dierum mensiū.	IX. Aurei numeri pro lunationibus in ueniēdis.	X. Aurei numeri pro lunationibus quæ iam non sunt usui.	XI. Calendarum, Nonarum, Iduumq; ordo Anno innouato aplicādus.
A	1	19	13. 34			Circuncisio Domini.	18		15	15. Calē.
B	2	8	19. 22	4	3. 30	Octaua Sancti Stephani.	19	11	4	14.
C	3			12	☾. 11. 50	Octaua Sancti Iohannis.	20			13.
D	4	16	3. 35	1	11. 20	Octaua SS. Innocentium.	21	19	12	12.
E	5	5	7. 30			Vigilia.	22	8	1	11.
F	6			9	4. 45	Epiphania Domini.	23			10.
G	7	13	2. 23				24	16	9	9.
A	8			17	1. 37		25	5		8.
B	9	2	4. 29	6	21. 23		26		17	7.
C	10	10	13. 36				27	13	6	6.
D	11	18	22. 8	14	5. 25	Higinij Papæ & martyris.	28	2		5.
E	12			3	17. 0		29		14	4.
F	13	7	7. 22			Octaua Epiphaniæ.	30	10	3	3.
G	14	15	21. 36	11	☾. 1. 58	Hilarij epi & cōf. & Felicis in pic.	31			pri. cal.
A	15			19	19. 32	Pauli primi her. & Mauri Abba.	1	19	12	CAL.
B	16					Marcelli papæ & martyris.	2	8		4 non.
C	17	4	7. 47			Antonij Abbatis.	3		2	3.
D	18	12	0. 23	8	4. 15	Cath. Ro. S. Petri & Priscę virg.	4	16	9	pri. no.
E	19	1	14. 26	16	18. 41	Marij Marthæ & aliorū Marty.	5	5		NON.
F	20	9	21. 32	5	5. 40	Fabiani & Sebastiani marty.	6		17	8. id.
G	21			13	23. 15	Agnetis virginis & martyris.	7	13	6	7.
A	22	17	6. 48			Vincentij & Anastasij marty.	8	2		6.
B	23			2	☾. 5. 49	Emerentianæ virg. & marty.	9		14	5.
C	24	6	2. 40	10	23. 6	Timothei episcopi & marty.	10	10	9	4.
D	25	14	20. 31			Conuersio S. Pauli apost.	11			3.
E	26			18	19. 42	Polycarpi episcopi & marty.	12	18	11	pri. id.
F	27					Iohānis Chryso. epi & confess.	13	7		[illegible]
G	28	3	5. 20	7	21. 25	Agnetis secundo.	14		19	19. Cal.
A	29	11	14. 18				15	15	8	18.
B	30			15	7. 0		16	4		17.
C	31	19	0. 23	4	14. 31		17		16	16.

ANNI INNOVATI						RATIO	ANNI VETERIS			
I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	IIX.	IX.	X.	XI.
Literæ dominicales	Numeri dierum mensis.	Numeri cycli lunaris ☌ luminarium	Coniunctiones luminariũ & eclipses ☉ Tẽpus ab occasu. Hor. mi.	Numeri cycli lunaris ☍ luminarium	Oppositiones luminariũ & Eclipses ☾ Tẽpus ab occasu. Ho. mi.	FEBRVARIVS MENSIS In Anno cõmuni hẽt Dies 28. in Bisextili uero 29. tunc enim iuxta Decretu Alexandri III. C. Quæsiuit, de verborũ signifi. §. 2. duplicatur Sex. Cal. Martij: ita ut die 24. & 25. litera B. bis ponatur; dieq; 24 fiat Vigilia, & 25. Festũ S. Matthiæ Apostoli.	Numeri dierum mensis	Aurei numeri pro lunationibus inueniẽdis.	Aurei numeri quintadecima lunæ inquirẽda	Calẽdarum, Nonarum, Iduumq; ordo Anno innouato applicãdus.
D	1	8	6. 27			Ignatij episcopi & martyris.	18	12	5	15. Cal.
E	2	16	18. 24			Purificatio B. Mariæ virginis.	19	1		14.
F	3			1	☾ 3. 18	Blasij episcopi & martyris.	20		13	13.
G	4	5	1. 45	9	23. 39		21	9	2	12.
A	5	13	20. 26			Agathæ virginis & martyris.	22			11.
B	6			17	18. 1	Dorotheæ virginis, & mart.	23	17	10	10.
C	7	2	15. 50				24	6		9.
D	8	10	23. 27	6	7. 49		25		18	8.
E	9			14	14. 58	Apolloniæ virginis & marty.	26	14	7	7.
F	10	18	8. 51				27	3		6.
G	11	7	21 5	3	2. 59		28	11	15	5.
A	12			11	18. 14		29		4	4.
B	13	15	14. 48				30	19		3.
C	14			19	☾ 14. 5	Valentini martyris.	31	8	12	pri. cal.
D	15					Faustini & Iouitæ martyrum.	1		1	CAL.
E	16	4	0. 36	8	19. 54		2	16		4. non.
F	17	12	14. 9	16	7. 25		3	5	9	3.
G	18	1	23. 50	5	15. 27	Simeonis episcopi & martyris.	4.			pri. no.
A	19	9	7. 22	13	23. 41		5	13	17	NON.
B	20	17	18. 24				6	2	6	8 id.
C	21			2	22. 26		7			7.
D	22	6	19. 56			Cathedra Antiochi S. Petri apo.	8	10	14	6.
E	23			10	17. 41	Vigilia.	9		3	5.
F	24	14	15. 1			Matthiæ Apostoli.	10	18	11	4.
G	25			18	☾ 13. 43		11	7		3.
A	26	3	14. 25				12		19	prid. id.
B	27			7	8. 51		13	15	8	IDVS.
C	28	11	1. 2	15	21. 45		14	4		16. cal.

IANVAR. dies reliqui.

FEBRVAR. dies.

ANNI INNOVATI RATIO ANNI VETERIS.

I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	IIX.	IX.	X.	XI.
Litteræ dominicales	Numeri dierum mensis.	Numeri cycli lunaris pro ☉ luminarium	Coniunctiones luminariũ & Eclipses. ☉ Tẽpus ab occasu. Hor. mi.	Numeri cycli lunaris pro ☾ luminarium.	Oppositiones luminariũ & Eclipses. ☾ Tẽpus ab occasu. Hor. mi	MARTIVS MENSIS. ANNO DOMINI. M. D. XXC. Bissextili, & innonationis Calendarij, Die 25. huius mensis Anni innouati; siue 11. ueteris: Hor. 4 mi. 57. sec. 1. ter. 4. nostri Horologii erit Aequinoctium, tunc enim Sol primum Arietis gradum ingredietur.	Numeri dierum mensis ueteris.	Aurei numeri pro lunationibus inueniẽdis.	Aurei numeri pro lunationibus [illegible]	Calendarum, Nonarum, Iduumq; ordo Anno innouato applicãdus.
D	1	19	9. 34.				15		16	15. Cal.
E	2	6	19. 3	4	1. 14		16	13	5	14.
F	3			12	13. 49		17	1		13.
G	4	16	10. 14	1	22. 34		18		13	12.
A	5	5	19. 48				19	9	2	11.
B	6			9	16. 3		20			10.
C	7	13	11. 46.			Thomæ Aquin. conf. & Perpetuæ	21	17	10	9.
D	8			17	8. 0	(& Felicitatis m̄	22	6		8.
E	9	2	1. 30	6	16. 58	Quadraginta martyrum.	23		18	7.
F	10	10	8. 31				24	14	7	6.
G	11	18	☉·17. 40	14	0. 7		25	3		5.
A	12			3	17. 39	Gregorii Papæ & confessoris.	26		15	4.
B	13	7	12. 16				27	11	4	3.
C	14			11	9. 12		28			pri. cal.
D	15	15	8. 30				1	19	12	Cal.
E	16	4	14. 25	19	7. 22		2	8	1	6.non.
F	17			8	☾·8. 27		3			5.
G	18	12	1. 19	16	17. 44		4	16	9	4.
A	19	1	8. 48			Ioseph confessoris.	5	5		3.
B	20	9	17. 28	5	0. 32		6		17	pri. no
C	21			13	9. 50	Benedicti Abbatis.	7	15	6	NON.
D	22	17	6. 57				8	2		8.id.
E	23			2	15. 57		9		14	7.
F	24	6	13. 23				10	10	8	6.
G	25			10	10. 38	Annunciatio B. Mariæ virginis	11			5.
A	26	14	7. 31				12	18	11	4.
B	27			18	4. 30		13	7		3.
C	28	3	2. 4	7	18. 2		14		19	pri.id.
D	29	11	9. 27				15	15	8	IDVS.
E	30	19	17.49	15	0. 57		16	4		17. Cal
F	31	8	8. 42	4	13 23		17		16	16.

[illegible] dies reliqui.

[illegible] dies.

I. Literę dominicale	II. Numeri dierum mensis.	III. Numeri cycli lunaris ☌ luminarii	IV. Coniunctiones luminariũ & Eclipses ☉ Tẽpus ab occasu. Hor. mi.	V. Numeri cycli lunaris ☍ luminariũ	VI. Oppositiones luminariũ & Eclipses ☾ Tẽpus ab occasu. Ho.mi.	VII. APRILIS MENSIS, eiusque Dies festi.	IIX. Numeri dierum mensium	IX. Aurei numeri pro lunationibus inueniẽdis.	X. Aurei numeri pro luna quinde cima anquirẽda	XI. Calẽdarum, Nonarum, Iduumq́, ordo Anno innouato applicãdus.
G	1			12	4. 49		18	12	5	15.Cal.
A	2	16	0. 51				19	1		14.
B	3			1	14. 8		20		13	13.
C	4	5	11. 22				21	9	2	12.
D	5			9	6. 11		22			11.
E	6	13	0. 9	17	18. 56		23	17	10	10.
F	7	2	9. 33				24	6		9.
G	8	10	16. 51	6	1. 5		25		18	8.
A	9			14	9. 23		26	14	7	7.
B	10	18	3. 56				27	3		6.
C	11			3	8. 55	Leonis Papæ & confessoris.	28	11	15	5.
D	12	7	6. 7				29		4	4.
E	13			11	3. 40		30	19		3.
F	14	15	0. 58	19	20. 0	Tiburtij, Valer. & Maximi mar.	31	8	12	pri. cal.
G	15	4	1. 37	8	18. 20		1		1	CAL.
A	16	12	10. 19				2	16		4. non.
B	17	1	18. 5	16	☾ .1 27	Aniceti Papæ & martyris.	3		9	3.
C	18			5	10. 39		4			pri. no.
D	19	9	4. 41	13	23. 30		5	18	17	NONAE
E	20	17	20. 26				6	2	6	8. id.
F	21						7			7.
G	22			[illegible]	8. 11	Sotheris & Gaij pontif. & mar.	8	10	14	6.
A	23	6	5. 26			Georgij martyris.	9		3	5.
B	24	14	20. 50	10	1. 28		10	18	11	4.
C	25			18	16. 40	Marci Euangelistæ.	11	7		3.
D	26	3	10. 24			Cleti & Marcellini Põt. & mar.	12		19	prid id.
E	27	11	17. 16	7	1. 47		13	15	8	IDVS
F	28			15	☾ .8. 53	Vitalis martyris.	14	4		18. cal.
G	29	[illegible]	2. 7	4	2. 36		15		16	17.
A	30		23. 5	12	20. 3		16	12	5	16.

MARTII dies reliqui.

APRILIS dies.

ANNI INNOVATI RATIO ANNI VETERIS.

I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	IIX.	IX.	X.	XI.
[illegible]	Numeri dierum mensis.	[illegible]	Coniunctiones luminarium, & Eclipses. ☉ Tēpus ab occasu. Hor. mi.	[illegible]	Oppositiones luminarium & Eclipses. ☾ Tēpus ab occasu Hor. mi.	MAIVS MENSIS, eiusque Dies festi.	Numeri dierum mensium.	Aurei numeri p lunationibus nuenien tis.	[illegible]	Calendarum, Nonarum, Iduumque ratio Anno innouato applicandus.
B	1	10	16. 38			[illegible]	17	1		15. [illegible]
C	2					Athanasij epicopi & confess.	18		13	14.
D	3			1	4. 56	[illegible] &Alexādri &	19	9	9	13.
E	4	5	23. 18	9	17. 5.	Monicæ uiduæ. (aliorū mar.	20			12.
F	5	13	9. 56				21	17	10	11.
G	6	2	17. 46	17	3. 5	[illegible]	22	6		10.
A	7			6	9. 20		23		15	9.
B	8	10	2. 16	14	19. 41	Apparitio S. Michaelis archa.	24	14	7	8.
C	9	18	15. 0			Gregorij theologi epi. & conf.	25	3		7.
D	10					Gordiani & Epimachi marty.	26		17	6.
E	11	7	21. 55	3	0. 28		27	11	4	5.
F	12	15	15. 52	11	19. 20	Nerei & Archilei & Pācratij m̄.	28			4.
G	13						29.	19	12	3.
A	14	4	☉.10. 15	19	12. 17	Bonifacij mattyris.	30	8	1	pri. cal
B	15	[illegible]	17. 37	8	2. 12		1	16		[illegible]
C	16			16	8. 26		2	5	9	6. non.
D	17	[illegible]	3. 15	5	21. 41		3			5.
E	18	[illegible]	16. 49				4	11	17	4.
F	19			13	13. 27	Pudentianæ virginis.	5	2	6	3.
G	20	17	10. 31				6			prid. no.
A	21			2	22. 49		7		14	[illegible]
B	22	6	19. 2				8	10	3	8. Id.
C	23			10	13. 57		9			7.
D	24	14	8. 10				10	18	11	6.
E	25	3	17. 14	18	2. 2	Vrbani Papæ & martyris.	11	7		5.
F	26			7	8. 59	Eleutherij Papæ& martyris.	12		19	4.
G	27	11	0. 54	15	17. 13	Iohannis papæ & martyris.	13	15	8	3.
A	28	19	11. 0	4	16. 18		14	4	16	pri. Id.
B	29	8	13. 57				15		5	[illegible]
C	30			12	11. 26	Felicis papæ & martiris.	16	12		17.
D	31	16	7. 41			Petronillæ virginis.	17	7	11	16.

I. Literæ dominicales	II. Numeri dierum mensis.	III. Numeri cycli lunaris pro ☌ luminarium	IV. Coniunctiones luminarium, & Eclipses. ☉ Tẽpus ab occasu. Hor. mi.	V. Numeri cycli lunaris pro ☍ luminarium	VI. Oppositiones luminarium & Eclipses. ☾ Tẽpus ab occasu Hor. mi	VII. IVNIVS MENSIS, eiusque Dies festi.	IIX. Numeri dierum mensis.	IX. Aurei numeri pro lunationibus inueniendis.	X. Aurei numeri pro lunatione quadragesima inueniendis.	XI. Calendarum, Nonarum, Iduumque ordo Anno innouato applicandus.
E	1			1	15. 52		18		2	15. calē.
F	2	5	9. 22			Marcellini, Petri, & Erasmi m̃.	19	9		14.
G	3	13	☉ 17. 38	9	1. 57.		20			13.
A	4			17	9. 49		21	17	10	12.
B	5	2	1. 0	6	18. 4		22	6		11.
C	6	10	11. 58				23		18	10.
D	7			14	7. 15		24	14	7	9.
E	8	18	3. 19				25	3		8.
F	9			3	15. 39	Primi & Feliciani martyrum.	26	11	15	7.
G	10	7	12. 47				27	[illegible]	4	6.
A	11	15	4. 28	11	8. 59	Barnabæ Apostoli.	28			5.
B	12	4	17. 50	19	23. 23	Basilidis, Cyrini & aliorum m̃.	29	[illegible]	12	4.
C	13			8	9. 12		30	[illegible]	1	3.
D	14	12	0. 22	16	15. 54	Basilij episcopi & confessoris.	31	10		pri. cal.
E	15	1	14. 6			Viti, Modesti & Crescentiæ m̃.	1	[illegible]	9	CAL.
F	16			5	9. 55		2			4. non.
G	17	9	6. 6				3	[illegible]	17	3.
A	18			13	3. 22	Marci & Marcelliani mart.	4	[illegible]	6	prid. no
B	19	17	1. 2			Geruasii & Protasii martyrũ.	5			NON.
C	20			[illegible]	11 33	Siluerij Papæ & martyris.	6	10	[illegible]	8. Id.
D	21	6	6. 34				7		3	7.
E	22	14	17. 19	10	0. 14	Paulini episcopi & confessoris.	8	18	11	6.
F	23			18	10. 2	Vigilia.	9	7		5.
G	24	3	0. 26	[illegible]	16. 44	Natiuitatis S. Iohan. Baptistæ.	10			4.
A	25	11	9 16				11	15	19	3.
B	26			15	2. 58	Iohannis & Pauli martyrum.	12	4	8	pri. Id.
C	27	19	1. 35	4	7 56		13		16	IDVS.
D	28	8	5. 0			Leonis Papæ & cõf. Vigilia.	14	12	5	18. Calē.
E	29.	16	22. 25	12	☾ 2. 38	Petri & Pauli Apostolorum.	15	1		17.
F	30					Commemoratio S. Pauli apostoli	16		13	16.

MAI. dies reliqui.

IVNI. dies.

I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	IIX.	IX.	X.	XI.
Literæ dominicales	Numeri dierum mensis.	[illegible] Lunarium	Coniūctiones luminarium, & Eclipses. Tēpus ab occasu. Hor. mi.	[illegible]	Oppositiones luminarium & Eclipses. Tēpus ab occasu. Hor. mi.	IVLIVS MENSIS, eiusque Dies festi.	[illegible]	[illegible]	[illegible]	Calendarum, Nonarum, Iduumque [illegible] appellandu.
G	1	5	17. [illegible]	1	1. 29.	Octaua S. Iohanis baptistæ.	17	9	2	15.
[illegible]	2			9	9. 35	[illegible] Mariæ Virg. & pro-	18			14.
B	3	13	0. 52			(cessi & Martiniani m̃.	19	17	10	13.
C	4	2	10. 29				20	6		1
D	5			6	4. 43		21		14	11.
E	6	10	23. 40	14	20. 0	Octaua Apostolorum.	22	14	7	10.
F	7	18	17. 8				23	5		9.
G	8			2	6. 3		24		13	8.
A	9			11	21. 16		25	11	4	7.
B	10	2	2. 9			Septē fratrũ m̃. & Rufinæ & Se-	26			6.
C	11	15	14. 59	19	8. 52	Pij pp. & mar. (cũdæ vir. & m̃.	27	19	12	5.
D	12	4	0. 52	8	16. 14	Naboris & Felicis martyrum.	28	8	1	4.
E	13	12	8. 10			Anacleti Papæ & martyris.	29			3.
F	14			16	0. 53	Bonauenturæ Pont. & confess.	30	16	5	pri. cal.
G	15	1	3. 4				1	5		Cal.
A	16	9	21. 15	2	0. 4		2		17	6. non.
B	17			15	18. 32	Alexii confessoris.	3	12	6	5.
C	18	17	15. 57			Simphorosæ & septe filiorũ m̃.	4	2		4.
D	19			7	23. 13		5		14	3.
E	20	6	22. 28			Margaritæ uirginis & marty.	6	10	3	prid. no.
F	21			10	9. 22	Praxedis uirginis.	7			NON.
G	22	14	1. 26	18	17. 12	Mariæ Magdalenæ.	8	17	11	8. Id.
A	23	3	8. 50			Apollinaris episcopi & mart.	9	7	9	7.
B	24	11	19. 37	7	1. 52	Christinæ virg. & mart. Vigil.	10		15	6.
C	25			15	14. 35	Iacobi apl. & Christofori, mar.	11	15	8	5.
D	26	10	10. 17	4	23. 10		12	4		4
E	27	[illegible]	20. 19			Pantaleonis martyris.	13		16	3.
F	28			12	16. 44	Nazarij, Celsi, & aliorum mar.	14	12	5	pri. Id.
G	29	16	12. 8			Marthæ uirg. & Felicis & alio-	15	1		IDVS.
A	30			2	4. 49	Abdon & Senen mart. (rum m̃.	16		13	17. calē
B	31	4	1. 34	6	17. 2		17	9	2	16.

dies reliqui.

dies.

D

ANNI INNOVATI — RATIO ANNI VETERIS

I.	II. Numeri dierum mensis.	III.	IV. Coniunctiones luminariū & Eclipses ☉ Tēpus ab occasu. Hor. mi.	V.	VI. Oppositiones luminariū & Eclipses ☾ Tēpus ab occasu. Ho. mi.	VII. ... eiusq; dies festi.	IIX.	IX. Aurei numeri pro lunationibus inueniēdis.	X.	XI. Calēdarum, Nonarum, Iduumq; ordo Anno innouato applicādus.
C	1	13	8. 43			Petri ad uincula & Machabeo	18			15. Cal.
D	2	2	18. 7	17	0. 10	Stephani Papę & mar. (rū m̃.	19	17	10	14.
E	3			6	17. 14	Inuētio S. Stephani protomar.	20	6		13.
F	4	10	13 59			Dominici conf. [illegible]	21		18	12.
G	5			14	10. 49	[illegible]	22	14	7	11.
A	6	18	8. 30			Trāsfig. D. & Sixti & aliorū m̃.	23	3		10.
B	7	7	4. 37	3	19. 37	Donati episcopi & martyris.	24	11	15	9.
C	8					Cyriaci & aliorum martyrum.	25		4	8.
D	9	15	1. 20	11	8. 4	Romani mart. Vigilia.	26	19		7.
E	10	4	10. 8	19	17. 8	Laurentij martyris	27		12	6.
F	11	12	17. 26	8	0. 29	Tyburtij & Susannæ marty.	28	8	1	5.
G	12			16	10. 49	Claræ virginis.	29	16		4.
A	13	1	18. 6			Hippolyti & sociorum marty.	30	5	9	3.
B	14			5	5. 11	Eusebij confess. Vigilia.	31			pri. cal.
C	15	9	11. 32			Assumptio B. Mariæ semper v.	1	13	17	CAL.
D	16			13	9. 43		2	2	6	4. non.
E	17	17	6. 54			Octaua S. Laurentij.	3			3.
F	18			2	10. 25	Agapiti, martyris.	4	10	14	pri. no.
G	19	5	2. 4	10	17. 10		5		3	NON.
A	20	14	9. 33			Bernardi abbatis	6	18	11	8. id.
B	21	3	18. 55	12	☾ 0. 25		7	7		7.
C	22			7	23. 41	Octaua Assumpt. & Timothei	8		19	6.
D	23	11	7. 50			Vigilia. (& sociorum m̃.	9	15		5.
E	24			7	3. 51	Bartholomæi Apostoli.	10	4	8	4.
F	25	19	1. 16			Ludouici confessoris.	11		16	3.
G	26	8	10. 41	4	10. 57	Zepherini Papæ & martyris.	12	12	5	prid. id.
A	27	16	23. 59	12	5. 14		13	1		IDVS.
B	28			1	17. 38	[illegible] & Hermetis m̃.	14		13	19. cal.
C	29					Decollat. S. Io. Bapt. & Sabinę m̃.	15	9	2	18.
D	30	5	9. 37	9	☾ 0. 34	Felicis & Adaucti mart.	16			17.
E	31	13	16. 59	17	8. 42		17	17	10	16.

IVLII dies reliqui.

AVGVSTI dies.

I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	IIX.	IX.	X.	XI.
	Numeri dierum mensis.		Coniunctiones luminariũ & Eclipses. Tẽpus ab occasu. Hor. mi.		Oppositiones luminariũ & Eclipses. Tẽpus ab occasu. Hor. mi.	eiusq; dies festi.		Aurei numeri pro lunationibus inueniẽdis.		Calendarum, Nonarum, Iduumq; ordo Anno innouato applicãdus.
F	1		11. 59			Egidij abbatis. & Duodeci fratrum mar.	18			15. [illegible]
G	2				8. 43		19			14.
	3		5. 43				20			13.
B	4			14	3. 23		21			12.
C	5		0. 45				22			11.
D	6				7. 44		23			10.
E	7		1. 37	11	18. 33		24			9.
F	8		10. 25			[illegible] B. Mariæ V. & Adria.	25			8.
G	9		17. 56		21. 11	Gorgonij martyris. (mar.	26			7.
	10		4. 43		10. 52		27			6.
B	11				23. 31	Proti & Iacinthi martyrum.	28	16		5.
C	12		10. 52				29	5		4.
D	13			5	8. 23		30			3.
E	14		5. 30			[illegible]. (medis m̃.	31			pri. cal.
F	15		21. 28		1. 47	Octa. Nati. B. Mariæ. & Nico.	1			
G	16				19. 25	Cornelij & Cypriani m̃. & Euphemię & aliarum m̃.	2			4. no.
	17		11. 3				3			3.
B	18		17. 54		2. 25		4			pri. no
C	19				9. 42		5			
D	20.		8. 19			Eustachij & sociorũ m̃. Vigilia.	6			8. id.
E	21		23. 45		3. 19.		7			7.
F	22				20. 47	Mauritij & sociorũ martyrũ.	8			6.
G	23		18. 10			Lini p̃p̃ & m̃. & Teclæ vir. & m̃.	9			5.
	24		23. 59	4	5. 30		10			4.
B	25				18. 0		11			3.
C	26		11. 13			Cypriani & Iustinæ marty.	12			pri. id.
D	27		18. 37.		1. 40	Cosmæ & Damiani marty.	13			
E	28				10. 44		14	9		18. cal.
F	29		3. 20		20. 54	Dedicatio [illegible]	15			17.
G	30					[illegible]	16	17		16.

ANNI INNOVATI RATIO ANNI VETERIS.

I. Literæ dominicales.	II. Numeri dierum mensis.	III. Numeri cycli lunaris.	IV. Coniunctiones luminariũ & Eclipses. Tẽpus ab occasu. Hor. mi.	V. Numeri cycli lunaris.	VI. Oppositiones luminariũ & Eclipses. Tẽpus ab occasu. Ho. mi.	VII. OCTOBER MENSIS. eiusq; dies festi.	IIX. Numeri dierum mensium.	IX. Aurei numeri pro lunationibus inueniẽdis.	X. Aurei numeri …	XI. Calẽdarum, Nonarum, Iduumq; ordo Anno innouato applicãdus.
A	1	2	4. 24			Remigij episcopi & cõfessoris.	17	6		15. Calẽ.
B	2	10	23. 1	6	1. 51		18		18	14.
C	3			14	20. 48		19	14	7	13.
D	4	18	17 20			Francisci confessoris.	20	3		12.
E	5			3	19. 57		21	11	15	11.
F	6	7	12. 25			Marci pp & cõf. & Sergij & a-	22		4	10.
G	7	15	19. 53	11	4. 20	(liorum mart.	23	19		9.
A	8	4	5. 31	19	11. 17		24		12	8.
B	9	12	18. 30	8	23. 33	Dionysij, Rustici, & Eleuthe-	25	8	1	7.
C	10			16	15. 20	(rij m.	26			6.
D	11						27	16	9	5.
E	12	1	4. 24	5	1. 27		28	5		4.
F	13	9	21. 25				29	13	17	3.
G	14		·	13	16. 31	Calisti Papæ & martyris.	30	2	6	pri. cal.
A	15	17	10. 57				1			CAL.
B	16	6	20. 17	2	4. 49		2	10	14	6. non.
C	17			10	11. 48		3		3	5.
D	18	14	3. 44	18	20. 23	Lucæ euangelistæ.	4	18	11	4.
E	19	3	23. 2				5	7		3.
F	20			7	19. 38		6		19	pri. no.
G	21	11	16. 54			Hilarionis abbatis, & Vrsulæ	7	15		NON.
A	22			15	15. 10	(& sociarũ virg. & m.	8	4	6	8. id.
B	23	19	12. 28	4	19. 29		9			7.
C	24	8	12. 40	12	5. 30		10	12	16	6.
D	25	16	22. 0			Chrysanti & Dariæ martyrũ.	11	1	5	5.
E	26			1	12. 47	Euaristi Papæ & martyris.	12		13	4.
F	27	5	5. 2	9	22. 12	Vigilia.	13	9	2	3.
G	28	13	16. 8			Simonis & Iudæ apostolorũ.	14			prid. id.
A	29			17	11. 36		15	17	10	IDVS
B	30	2	22. 36.				16	6		17. cal.
C	31			6	20. 4	Vigilia.	17		18	16.

SEPTEMBRIS dies reliqui.

OCTOBRIS dies.

I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	IIX.	IX.	X.	IX.
Literę dominicales	Numeri dierum mensis.	Numeri [illegible] luminarium	Coniunctiones luminariū & Eclipses. ☉ Tēpus ab occasu. Hor. mi.	Numeri [illegible] ☍ [illegible]	Oppositiones luminariū & Eclipses. ☾ Tēpus ab occasu. Hor. mi	NOVEMBER MENSIS, eiusq; dies festi.	Numeri dierum	Aurei numeri pro lunationibus inueniēdis.	[illegible] numeri [illegible]	Calendarum, Nonarum, Iduum, [illegible]
D	1	10	17. 13			Festum omnium Sanctorum.	18	14	7	5. Cal.
E	2			14	☾ 13. 39	Cōmemo. oīum fideliū defun	19	3		
F	3	18	9. 31			(ctorum.	20		15	3
G	4	7	22. 33	3	6. 43	Vitalis & Agricolæ martyr.	21	11	4	[illegible]
A	5			11	13. 57		22			[illegible]
B	6	15	5. 32	19	22. 38		23	19	12	10
C	7	4	19. 32	8	15. 5	(coronatorum m̄	24	8	1	9.
D	8	12	11. 44			Oct. oīum Sctōrū, & Quatuor	25			8.
E	9			16	9. 38	Dedi. Basilicę Salvator. Theo	26	16	9	7.
F	10	1	22. 8			Triphonis & aliorū m̄. (do. m̄.	27	5		6
G	11			5	17. 42	Martini epi & cōf. & Mēnæ m̄.	28		17	5
A	12	9	5. 38			Martini Papæ & marty.	29	13	6	[illegible]
B	13	17	23. 45	13	6. 14		30	2		3.
C	14			2	15. 7		31		14	pri. cal.
D	15	6	6. 28	10	22. 45		1	10	3	CAL.
E	16	14	15. 29				2			4. non.
F	17			18	9. 50	Greg. Thaumaturgi epi & cōf	3	18	11	[illegible]
G	18	3	17. 3			Dedi. Basilicæ SS Petri & Paul	4	7		pri. no
A	19			7	17. 8.	Pontiani Papæ & martyris.	5		19	NON.
B	20	11	12. 12				6	15	8	8 id.
C	21			15	9. 27		7	4		7.
D	22	19	6. 47	4	☾ 8. 10	Cæciliæ virginis & martyris.	8		16	6.
E	23	8	0. 32	12	16. 24	Clementis pp & m̄. & Felicita-	9	12	5	5.
F	24	16	8. 40			Chrysogoni marty. (tis m̄.	10	1		4.
G	25	5	17. 55	1	0. 36	Catherinæ virginis & marty.	11		13	3.
A	26			9	12. 24		12	9	2	pri. id.
B	27	13	7. 54				13			IDVS.
C	28			17	5. 13		14	17	10	18. cal.
D	29	2	17. 48			Saturnini marty. Vigilia.	15	6		[illegible]
E	30			6	14. 20	Andreæ Apostoli.	16		18	10

OCTOBRI ... NOVEMBRIS

I	II. Numeri dierum mensis.	III.	IV. Coniũctiones luminarium, & Eclipses. Tẽpus ab occasu. Hor. mi.	V.	VI. Oppositiones luminarium & Eclipses. Tẽpus ab occasu. Hor. mi.	VII. eiusque Dies festi.	IIX.	IX. Aurei numeri pro lunationibus inueniendis.	X.	XI. Calendarum, Nonarum, Iduumque ordo Anno innouato applicandus.
F	1	[illegible]	10. 33				17	14	7	15.
G	2			14	5. 36.	Bibianæ virginis & mart.	18	3		14.
A	3	[illegible]	1. 17	3	17. 41		19	22	[illegible]	13.
B	4	7	8. 37			Barbaræ virginis & mart.	20			12.
C	5	15	16. 33	11	0. 14	Sabbæ abbatis.	21	[illegible]	[illegible]	11.
D	6	4	12. 33	[illegible]	9. 59	[illegible]	22		[illegible]	10.
E	7			8	9. 29	Ambros. episcopi [illegible]	23		1	9.
F	8	12	16. 57			Cõcep. io B. Mariæ semp. virg.	24	16		8.
G	9			16	5. 31		25	5	9	7.
A	10	1	14. 11			Milciadis Papæ & martyris.	26			6.
B	11			5	8. 36	Damasi Papæ & confessoris.	27		[illegible]	5.
C	12	9	1. 59	13	8. 56		28	[illegible]	[illegible]	4.
D	13	17	11. 26			[illegible]	29			3.
E	14	[illegible]	18. 14	2	1. 28		30	[illegible]	[illegible]	pri. cal.
F	15			10	11. 28		1		[illegible]	Cal.
G	16	14	5. 33				2	18	11	4. non.
A	17			18	1. 44		3	7		3.
B	18	3	12. 37				4		[illegible]	prid. no.
C	19			7	10. 8		5	[illegible]		[illegible]
D	20	11	7. 3			Vigilia.	6	[illegible]		8. Id.
E	21	19	23. 47	15	3. 24	Thomæ ap. [illegible]	7		[illegible]	7.
F	22	8	11. 29	4	19. 57		8		[illegible]	6.
G	23	16	19. 29	12	2. 54		9	[illegible]		5.
A	24			1	14. 12	Vigilia.	10		23	4.
B	25	5	9. 13			[illegible]	11	9	2	3.
C	26			9	5. 13	[illegible]	12			pri. Id.
D	27	[illegible]	1. 49			[illegible]	13	17	10	[illegible]
E	28			17	0 34	[illegible]	14	6		19. calẽ.
F	29	2	10. 56			Thomæ archiepi Cãtuariẽs. m.	15		[illegible]	18.
G	30			6	7. 27		16	14		17.
A	31	10	1. 47	14	0. 31	Sy[illegible]	17	[illegible]		16.

[illegible] dies reliqui.

[illegible] dies.

Hęc igitur erit Calendarij Anni innouati forma: in quo uernum Aequinoctium à die 11. Martij, ad diem 25. eiusdem mensis reduximus. Quantum uero ad anni decurtationem, quæ semel tantum fit, attinet, nunc est dicendum. Cum de uno ex duodecim anni mensibus dies 14. sint demendi, qui dierum numerus est anticipationis Aequinoctij, ab anno primo restitutionis Calendarij per Iulium Cęsarem, usque ad annum Domini uenturum 1580. quem Annum correctionis intelligimus: semel tantum hoc, aut sequenti anno de Februario censeo, & nequaquam de alio mense, plurimis de causis, talem dierum numerum esse demendum; Primo, quia Februarius mensis semper fuit his subiectus passionibus: Cesar enim quando Annum correxit, dies 29. in anno communi, ac 30. in bissextili ei tribuit: Augusti uero tempore, sublatus est ei dies unus, & additus Sextili mensi; hoc est, Augusto, ut mensi Iulio par esset; Secunda, quia in eo singulis quatuor annis dies unus intercalatur: ita ut duobus diebus continuis Sex. Cal. Martij dicatur. Quã ob causam, ne is mensis suo priuilegio priuetur, alienum non erit, si de eo præfatus dierum numerus dematur, ut omnia rectè cadant. Neque absurdum hoc alicui Pater beatiss. uideri debet, quando licuit Cæsari; cum correxit Annum, ut omnia æquaret, Anno, à Numa Pompilio prius instituto dies 89. adiungere: ut conderet Annum, qui contineret dies 443. quem Confusionis appellauit, cum annus Numæ constaret ex diebus 354. tantum. Quatuordecim uerò dies dixi esse de Februario mense auferendos, ut ad tertiam causam accedam, propterea quòd in duodecim mensibus anni non inuenitur mensis alius, qui huic negotio uideatur esse commodior. In aliis nanque mensibus pauci inueniuntur dies, qui non sint alicui SS. festo dicati: Martius uero mensis, & Aprilis S. Quadragesimali ieiunio, ac S. diei Pascatis celebrationi singulis annis sunt assignati: ex quibus si præfatus dierum nume-

numerus demercut, magna proculdubio oriretur confusio. Cum autem in Februario annumerandi sint dies 29. & non sint plures, quàm undecim SS. festiuitates, & Vigilia S. Apostoli Matthiæ: in eo mense poterunt hi 12. dies ita aptè accommodari, ut unaquæque festiuitas nullo incommodo rite in ipso mense celebrari liceat, quemadmodum in sequenti Tabulā ostendemus. demptis enim de Februario diebus 14. Literæ dominicales utrique Anno, uidelicet innouato, atque ueteri seruient. Quod cum ita sit Beatiss. pater, equidem diuinitus factum arbitror, ut accidat, annum 1580. esse bistextilem, quò Aequinoctium uernū in pristinam suā sedē reducatur. si enim secus accidisset sedes Aequinoctij iuxta rationē Anni ueteris reperiretur esse die 12. Martij, quam iuxta formā Anni innouati uolentes nos in ipsius Martij 25. diem transferre, inueniremus, ad ipsum diē 25. deesse diem unum: cū inter duodecimum diem & Vigesimumquintum dies tantum 13. intercidant: quæ difficultas tollitur per sequentem Bissextum. Quamobrem dicet uidere, demptis in Anno ueteri de Februario diebus 14. literas dominicales Anni ueteris cum literis Anni innouati easdem fore. ita ut Anni ueteris ratio semper constet, quemadmodum nostrum est propositum, ad omnium Chronologorum, Tabellionum, Mercatorum, atque horum similium commodum: ut in suis computis futuri Anni innouati cum præteritis ueteribus quo nam pacto conueniant, sine ullo errore agnoscere queant.

Numeri dierum Mensis Februarij, detruncati.	Literę dominicales.	TABELLA *Anno Domini venturo* 1580. *Mensi Februario tantum, qui Aequationis rectè appellari potest, deseruiens: in qua SS. Dies festi, eodem in mense occurrentes strictim sunt accommodati.*	Literę dominicales.	*Residuum dierum post Quatuordecim dies ob Anni correctionem detruncatos.*
1	D	Ignatij Episcopi & Martyris.	D	15
2	E	Purificatio B. Mariæ semper Virginis.	E	16
3	F	Blasij Episcopi & Martyris.	F	17
4	G		G	18
5	A	Agathæ virginis & Martyris.	A	19
6	B	Dorotheæ virginis & Martyris.	B	20
7	C		C	21
8	D	Apolloniæ virginis & Martyris.	D	22
9	E	Valentini Martyris.	E	23
10	F	Faustini & Iouitæ Martyrum.	F	24
11	F	Simeonis Episcopi & Martyris.	F	25
12	G	Cathedra Antiochena S. Petri Apostoli.	G	26
13	A	Vigilia.	A	27
14	B	Matthiæ Apostoli.	B	28
15	C		C	29
		Post hanc Tabellam statim sequitur Tabula mensis Martij.		

cum uerò Annus 1580. proximè uenturus sit bissextilis: ratione intercalationis, quæ fit singulis quatuor annis, duæ literæ, ut antea, ei seruient in diebus Dominicis; quæ erunt C & B: quarum prima ab Anni principio usque ad festum D. Matthiæ Apostoli tantùm in mense Februario pro litera primæ feriæ, siue Dominicæ, altera uerò, quæ erit B, reliquo anni tempori deseruiet, ut Tabella indicat. In hoc igitur mẽse, ita detruncato dies festi SS. eo sunt ordine digesti, ut quodlibet festum, quemadmodum in Calendario sunt collocati, singulis diebus celebrentur. Hoc autem anno 1580. transacto, mensis Februarius ita erit dispositus, ut si nihil in

eo transpositum, aut mutatum fuisset. omnia enim suis in locis constare inuenientur. Hactenus Beatiss. Pater, de Forma Calendarii, deque decurtatione mensis Februarij ad correctionem Anni, deque Festis immobilibus cum tractauerim: restat, ut de uero die S. Pascatis, ac de cæteris festis mobilibus proximè futuri Anni deinceps dicã. Quoniam præfato Anno innouato 1580. Aequinoctium uernale, siue introitus Solis in primum Arietis gradũ erit, uel Die 24. Martij ho. 10. mi. 57. sec. 1. & ter. 4. à meridie; uel Die 25. ho. 4. mi 57. sec. 1. ter. 4. hora ferè quinta nostri horologij, quod idem est; & uera oppositio luminarium post diem Aequinoctij erit die Iouis 14. Aprilis, ho. 23. mi. o. post occasum Solis, idcirco, ut Regula S. Concilij Nicæni seruetur de Pasca celebranda, sequenti Dominica, cui seruiet litera B. qui erit dies 17. eiusdem mensis, ritè celebrabitur S. Pasca Resurrectionis: quod in Anno ueteri & usuali similiter, iuxta ueram supputationem, ac regulam SS. Patrum in eodem concilio existentium, & ritum S. Rom. Ecclesiæ hactenus obseruatum, die 3. Aprilis erat celebrandum.

Tabella ad inuenienda Festa mobilia solummodo Anni sequentis innouati. 1580.

Dominicæ post Epiphaniam. 5.	Ascensio Domini 26. Maij.
Septuagesima 14. Februarij.	Festum Pentecost. 5. Iunij.
Dies cinerum 2. Martij.	Corpus Christi 16. Iunij.
Sanctum Pasca Resurrectionis 17. Aprilis.	Dominicæ post Pentec. 24.
	Aduen. Domini. 27. Nouẽ.

Quo nam uero pacto posthac S. Diem huiusmodi inuenire possimus, suo loco facillimè ostendemus. Sed cum à S. Pascatis die cætera festa mobilia dependeant; uidelicet Septuagesima, Dies cinerum, Ascensio Domini, Festum Pentecostes, Dies Corporis Christi, & id genus alia; propterea

pterea præostensam Tabellam subiunximus: ut in ea præfata Festa mobilia, & cætera, quæ uenturo Anno 1580. primo innouationis Calendarij (ut supponimus) occurrent, uideri possint, ne ullus error in harum festiuitatum celebrationibus committatur.

De Anno solari, deq'ue eius quantitate, ac S. Pascatis exorbitatione. *Cap. IIII.*

CVM autem non minor sit uirtus, ut ait Ouidius, quàm quærere parta tueri: post Calendarij ordinationem, & Aequinoctij in pristinam eius sedem reductionem, postulat ratio Beatiss. Pater, ut quoad eius fieri possit, curetur, ne, ut antea posthac retrocedat, ac ne error accidat peior priore. Veruntamen cum sit impossibile, aliquid ordinare, nisi prius ordinanda rectè agnoscantur: ideò dicendum est nunc aliquid de Anno solari, siue Romano: ut discamus S. Pascæ & exorbitationem, & item huius reparationem. Quocirca meminisse opus est, Romanos triplicem obseruasse annum, Romuli scilicet, Numæ, atque Cæsaris. Romulus enim Romæ conditor, ac Rex primus Romæ cum Annum in decem tantùm diuisisset menses, Martium uidelicet, Aprilem, Maium, Iunium, Quintilem, Sextilem, Septembrem, Octobrem, Nouembrem, atque Decembrem: singulisque Aprili, Iunio, Sextili, Septembri, Nouembri, & Decembri dies triginta tribuisset, cæteris uero unum & triginta dedisset, & ita Annum suum 304. dierum statuisset: Numa Pompilius postea, qui ei successit, tercentis quinquaginta quatuor diebus Annum cum esset dimensus, in menses duodecim eum diuisit, & lunare Calendarium similiter duodecim mensium composuit: quorum alij 30. alij uerò 29. dies, iuxta Lunæ motum, respectu Solis continerent. tametsi Luna à sua coniunctione cum Sole usque ad sequentem cögressionem, relictis minutijs horariis, De Art.a

dies 29. cum dimidio, iuxta medium motum absumit. Hoc autem ea de re factum est à Numa, propterea quòd dies in Calendario ita partiri non poterant, ut dies esset naturalis, qui duodecim tãtùm haberet horas. Quare is Rex anno Romuli dies 50. addidit, sicque ab ipso Numa emanauit instituti Anni lunaris ratio. Denique C. Iulius Cæsar, adiutore Sosigene, siue (ut alij uolunt) M. Fabio, huiusmodi scientiæ peritis, Annum ita ordinauit, ut ad Annum Numæ, quem Romanum uocauerunt, dies decem cum quadrante adijciens, Solis annuo cursui illum æquaret. atque ita Annum tercentis sexaginta & quinque diebus cum sex horis integrauit: quem annum Iulianum ab auctoris nomine appellarunt. Is igitur cum annum correxisset, Ianuario, Martio, Maio, Quintili, Octobri, ac Decembri unum & triginta dies; Aprili uerò, Iunio, Sextili, Septembri, & Nouembri triginta solummodo tribuit; Februario dies 29. tantùm, & intercalationis anno ob exuberantes quotannis sex horas diem unum Sex. Cal. adiungi iussit: ut quoque quarto anno esset triginta dierum mensis. Erat autem tunc Anni Cæsarei hæc forma, & uera quantitas in cœlorum dispositionibus, ac cęlestium sphærarum cursibus. Nam si secus fuisset, Cæsar nequaquam passus esset (ut par erat) se ab Astronomis illius tẽporis decipi, præsertim cum rerum Astronomicarum non esset ignarus. Verùm, posteaquam Senatus, docente Macro, ac legem ferẽte M. Antonio, Marci filio, cõsule, mensi Quintili in honorem Cæsaris, eò quòd in eo ad IV. Idus esset genitus, Iulij nomen dedisset, eo autem mortuo, Sextili quoque in honorem Augusti, Augusti nomẽ imposuisset, & à Februario diem unum detruncatum ipsi mensi Augusto addidisset, ita ut unum ac tricenos dies obtinuisset: Februario 28. tantùm sunt relicti. atque hoc pacto Anni, & Mensium forma, siue ratio à Romanis, Oct. Augusti tempore, ante Christi incarnationem instituta, usque ad nostra tempora est custodita. quaquidem Anni ratione à Ptolemæo Pelusiensi Astronomo

Macrob. Satur. I. cap. 14.

nomo & Mathematico peritissimo anno Domini 145. sub Antonio pio reiecta, alia nobis est tradita. si quidem non multum diuersè ab Hipparcho Rhodio, qui annis 126. ante Christum natum, fluctuantibus tunc temporis apud omnes nationes Anni metis, quòd nondum Aquinoctiorum, & Solis conuersionum propriæ sedes intellectæ essent, Annum constare diebus 365. ho. 5. & scrup. 55. idque potissimum ex Metonis, & Euctemonis obseruationibus, cum suis denuò collatis, statuit, ipsum Annum ille dierum itidem 365. ho. 5. mi. 55. ac sec. 12. esse determinauit. Cæterum, Mahometes Aratensis, qui & Albatenius Arabs appellabatur; post Ptolemæum 750. annis, à Christo uerò nato 880. Anni quantitatem dierum 365. ho. 5. min. 46. sec. 23. ter. 54. & quar. 20. esse censuit. Alphonsus tandem (ut alios omittam) Romanorum & Hispaniarũ Rex anno salutis 1251. anni huius quantitatem iterum ad computum redigens, in uenit suo tempore Annum dierum 365. ho. 5. mi. 49. & sec. 16. tunc quidem, ut arbitror, ab unoquoque istorum inuẽta est uera Anni solaris quãtitas in cœlestium corporum cursibus, ab iisdem artis & scientiæ huius peritis optimè obseruatis. Factum est autem postea, ut Aequinoctium, quod tẽpore Cæsaris erat 8. Cal. Aprilis, usque ad 7. Nonas Martij suam sedem transtulerit, & Sacri Pascatis celebratio duabus de causis à recto suo tramite, & à prima Ecclesiæ institutione deuiarit: quarum una ex Lunæ quartædecimæ indagatione, per cyclum decemnouenalem, siue per Aureum numerum Calendario affixum demonstratæ prouenit, altera ex Aequinoctij uerni mutatione, ob antedictam anticipationem: cuius causa Annus solaris à Cæsare institutus Solis re uolutioni ex annorum uariis supputationibus, ab eo tempore usque adhuc nunquam quadrauit. quæ Cæsaris supputatio si ueritatem habuisset, nunquam profectò Aequinoctia, & Solstitia per Bissextum præcisè intercalatum, sedes suas in Calendario anticipassent, sed firma perstitissent, nullusq;

in

in Paſcatis celebratione error contigiſſer. Et quia quantitas Anni Iuliani cum Solis annua reuolutione, hoc eſt cum tempore, quod Sol à principio Arietis per duodecim ſigna Zodiaci gradiendo abſumit; ad unguem minimè conuenit, & quia Cęſar in prima ſui Calendarii inſtitutione uernum Aequinoctium Septimo, aut mauis Octauo Cal. Aprilis, uidelicet Vigeſimoquarto, ſiue Vigeſimoquinto Martij die firmauit: hinc factum eſt, ut hodiè Sexto, aut Quinto Martii Idus, ideſt, Decimo, aut Vndecimo die eiuſdem menſis ſedem habere deprehendatur, & quantitas Anni Iuliani maior ſit ea quantitate, quæ cœleſti Solis motu integratur. Vnde manifeſtatur Secunda, atque potior cauſa incongruæ celebrationis Paſcæ, ex Aequinoctij anticipatione, per dies Quatuordecim, iuxta ueram ſupputationem, quod priſcis Patrum temporibus Vigeſimoprimo die Martij à Dionyſio Abbate Romano collocatum & affixum fuit. Quapropter ſupputationes eorum, quos ſupra nominauimus, noſtra ætate ad ueram Anni quantitatem, quæ præcipuè ad Aequinoctij ſtabilimentum requiruntur, inueniuntur inualidæ, cum non rectè quadrare eas deprehendamus: id quod duximus nunc declararandum. Cum Aequinoctij ſedes per anticipationẽ à correctione Calendarii, à Cæſare facta, ab Anno 45. ante Chriſti natiuitatem uſque ad annum Chriſti futurum 1580. per annos 1624. completos anteceſſerit interuallo dierum Quatuordecim: ſi quis, hunc dierum numerum in dictos annos 1624. partitus fuerit: dubium profectò nullum eſt, quin proueniant ipſius anticipationis annis ſingulis min. 12. ſec. 24. ter. 49. cum $\frac{133}{203}$ atq; ita Anni quantitas ſit dicrum 365. ho. 5. mi. 47. ſec. 35. ter. 10. & $\frac{70}{203}$ quod facilè hoc pacto probari poteſt. Cum Annus Cæſaris conſtet ex diebus 365. & quadrante: ſi ab eo auferantur (ut in exemplo) mi. 12. ſe. 24. ter. 49. & $\frac{133}{203}$ prouenient ſanè dies 365. ho. 5. mi. 47. ſec. 35. ter. 10. cum $\frac{70}{203}$ quam diximus eſſe quantitatem Anni ſolaris.

Exem-

E X E M P L V M.

Anni Cæſarei quantitas.	Dies. 365. ho. 6. mi. 0. ſe. 0. ter. 0. $\frac{0}{203}$.
Anni Cæſarei anticipatio.	Dies. 0. ho. 0. mi. 12. ſe. 24. ter. 49. $\frac{113}{203}$.
Anni ſolaris cõis quãtitas.	Dies. 365. ho. 5. mi. 47. ſe. 35. ter. 10. $\frac{90}{203}$.

Ex quo manifeſtè apparet, cum huiuſmodi meo Anni computo neque Hipparchi, neque cæterorum Anni computi ſecundum rei ueritatem conuenire. Si enim per eundem annorum 1624. numerum differentia anni Hipparchi, quæ eſt mi. 5. ab anno Cæſareo multiplicata fuerit: inuenietur, Aequinoctium non dies 14. ſed dies tantùm 5. ho. 15. mi. 20. anteceſſiſſe: à quo dierum numero non multum abeſt etiam ille, qui ex Ptolomæi differentia, quæ eſt min. 4. ſec. 48. prouenit. ſi quidem iuxta ipſius Ptolomæi anni computum, dies 5. ho. 9. min. 55. ac ſec. 12. anticipaſſe comperitur. Sed neque Alphōſi anni computus congruere deprehēditur, quia ſi per eundem annorum 1624. numerum eiuſdem Alphonſi differentia, quæ eſt min. 10. ſec. 44. multiplicata fuerit: dies 12. ho. 2. minu. 30. ſecun. 56. anticipationis oſtendit. Quamuis autem Albatenicus computus propè ueritatem accedat, cum ipſius anni differentia ſit min. 13. ſec. 36. ter. 5. quar. 40. tamen, ſi hæc differentia in 1624. ducta fuerit, prouenient dies 15. ho. 7. min. 41. ſec. 53. ter. 22. & quar. 40. qui Quatuordecim dies anticipationis æquinoctij cuincit. quem dierum numerum cum mea anni differentia eliciat: dubium profectò nullum eſt, quin meus anni computus cæteris uerior reperiatur eſſe. Si enim differentiam mei anni ab anno Cæſaris, quæ eſt min. 12. ſec. 24. ter. 49. & $\frac{113}{203}$. per 1624. quis multiplicauerit, inueniet is præcisè dies 14. qui Dies etiam prouenient, ſi anticipationes 1624. annorum, quas in ſequenti Tabella ſupputatæ ſunt in ſummam redigentur. nam anticipatio 1000. annorum, eſt dierum 8. ho. 14. minu. 53. ſec. 47. ter. 35. & $\frac{35}{203}$. Annorum

uero

TABELLA *anticipationum Aequinoctij per singulos annos.*						
			PARTES DIEI.			
ANNI	DIES	Hor.	min.	secũ.	tert.	.203
1	0	0	12	24	49	133
2	0	0	24	49	39	63
3	0	0	37	14	28	196
4	0	0	49	39	18	126
5	0	1	2	4	8	56
6	0	1	14	28	57	189
7	0	1	26	53	47	119
8	0	1	39	18	37	49
9	0	1	51	43	26	182
10	0	2	4	8	16	112
20	0	4	8	16	33	21
30	0	6	12	24	49	133
40	0	8	16	33	6	42
50	0	10	20	41	22	154
60	0	12	24	49	39	63
70	0	14	28	57	55	175
80	0	16	33	6	12	84
90	0	18	37	14	28	196
100	0	20	41	22	45	105
200	1	17	22	45	[illegible]	[illegible]
300	2	14	4	8	16	112
400	3	10	45	31	2	14
500	4	7	26	53	47	119
600	5	4	8	16	33	21
700	6	0	49	39	18	126
800	6	21	31	2	4	28
900	7	18	12	24	49	133
1000	8	14	53	47	35	35
2000	17	5	47	35	10	70
3000	25	20	41	22	45	105
4000	34	11	35	12	20	140
5000	43	2	28	57	35	175

uero 600. dierum 5. ho. 4. min. 8. sec. 16. ter. 33. cum $\frac{21}{203}$. Annorum 20. dierum o. ho. 8. min. 13. secun. 33. ter. 33. & $\frac{21}{203}$. Annorum denique 4. dierum o. ho. o. mi. 49. sec. 39. ter. 18. cum $\frac{126}{203}$. quæ quantitates, simul coniunctæ, conficiunt præcisè dies 14. ut in exemplo patet. Ex quibus omnibus facile est uidere, Beatissi. Pater, Annum per hanc nostram supputationem dimensum, esse dierum 365. ho. 5. min. 47. sec. 35. ter. 10. cum $\frac{70}{203}$. & quantitatem, qua Annus ipse ab Anno Cæsaris superatur, esse mi. 12. sec. 24. tert. 49. & $\frac{133}{203}$. Vnde fit, ut quarto quouis anno Dies integer ex præcepto Cæsaris intercalari nequeat, ut cuique licet cognoscere. Nam si in hoc nostro Anno hor. 5. mi. 47. sec. 35. ter. 10. & $\frac{70}{203}$. quater acceptæ fuerint: colligentur solummodo Horæ 23. mi. 10. se. 20. ter. 21. cum $\frac{77}{203}$. quæ non conficiunt diem integrum,

grum, cum deficiant mi. 49. sec. 39. ter. 18. & $\frac{126}{203}$. quæ adhuc plus æquo ex Cæsaris institutione sunt intercalata: ex quo quidem & anticipatio Aequinoctij singulis annis 1 16. per diem unum uersus principium mensis, & deuiatio S. Pascatis processit, quam anticipationem sequenti capite osten demus.

E X E M P L V M.

Pro Annis 1000.	Dies. 8.	ho. 14.	mi. 53.	sec. 47.	ter. 35.	$\frac{35}{203}$.
Pro Annis 600.	Dies. 5.	ho. 4.	mi. 8.	sec. 16.	ter. 33.	$\frac{21}{203}$.
Pro Annis 20.	Dies. 0.	ho. 4.	mi. 8.	sec. 16.	ter. 33.	$\frac{21}{203}$.
Pro Annis 4.	Dies. 0.	ho. 0.	mi. 49.	sec. 39.	ter. 38.	$\frac{126}{203}$.
Pro Annis 1624.	Dies. 14.	ho. 0.	mi. 0.	sec. 0.	ter. 0.	$\frac{0}{203}$.

Verum mirum tibi uideri non debet Pater Beatiss. me Fractiones, quod alij non fecerunt, in computos duxisse. quanti enim momenti ea res sit, sequutus error iam manifestè ostendit. Progressu nanque annorum, quæ neglecta est exigua admodum temporis pars, in tantam creuit, ut omnia à propriis detrusa sint sedibus, nec uera transacti temporis ratio, quæ quæritur, haberi possit. Quam ob rem uolui in omnibus computis harum fractionum rationem ducere, ut compuri exactè respondeant, & quadrenr.

De Aequinoctij anticipatione, quæ fit singulis annis, iuxta annorum usualium, ac annorum solarium quantitatem. Cap. V.

ET quamuis præostensa Anni mea quantitas nostro æuo uideatur esse uera, & magis, quàm cæteræ aliorum quantitates, ueritatem huic negotio præstare: quemadmodum ex adducta iam demõstratione omnes credere possunt: nihilominus Beatiss. Pa-

ter, non facilè affirmare ausim, tam hanc, quàm aliam à quouis repertam quantitatem ita posse ratam & firmam esse, ne processu temporis, ob Augium motus, aliquam uarietatẽ pariat, ac etiam posteris relinquat, ut in hac ipsa arena, in qua nunc nos, aliquando desudent. Nam Dei permissu factum est, ob primi Parentis nostri præuaricationem, ut in hac pessima (ut ait Scriptura diuina) occupatione uersemur, cum diuinæ Sapientiæ minimè cedere, sed plusquam oportet, sapere uelimus. Vt autem reuertamur, unde digressi sumus: sciendum est, quòd, cum Annus usualis paulum superet (quemadmodum ostendimus) Annum solarem, quatuor anni usuales parua quantitate excedũt quatuor solares: quæ quidem quantitas & si ad paucos annos relata penè insensibilis uidetur: multorum tamen annorum progressu, in magnam ac sensibilem crescit. Et, si huic temporis perturbatio ni tuo iussu Pater sanctiss. non obuietur; ueluti creuit antea, quotidie magis etiam crescere deprehendetur. Hoc autem inde licet cognoscere, si uenturo anno Domini 1580. Vernũ æquinoctium, iuxta præfatam meam supputationem, erit die 25. Martii, ho. 4. mi. 57. sec. 1. ter. 4. expletis quatuor annis usualibus & communibus, quibus bissextilis annus contineatur, ad eundem diem 25. Martii Aequinoctium nobis non reddetur, sed tanto plus à priori differet, quanto maior erit excessus quatuor præfatorum annorum usualium, respectiue ad quatuor solares; puta mi. 49. sec. 39. ter. 18. cum $\frac{326}{303}$. atque hoc pacto cadet Aequinoctium die 25. ho. 4. mi. 7. se. 21. ter. 45. & $\frac{77}{303}$. quod temporis spatium infra octo annos duplicabitur: ut sit Ho. 1. mi. 39. sec. 18. ter. 37. cum $\frac{49}{303}$ & singulis 29. annis fiat anticipatio Sex horarum; demum 116. annis unius diei integri, ut ex Tabella, quam in præcedenti capite exarauimus, quisque hoc modo discere potest. Primùm, reperiat in ordine annorum Christi numerum 20. annorum, quorum è regione numerum horarum, ac reliquarum diei partium sequentium inueniet, quæ sunt Ho. 4. mi. 8. sec.

Ecclesiastes. 1.

8. sec. 16. ter. 33. $\frac{21}{103}$ atque hanc quantitatem in tabella supputatoria, aut in papyro seorsim describat. deinde accipiat quantitatem, quæ posita est è regione annorum 9. & describat similiter eam in ipsa eadem tabella, sub quantitate iam inuenta, quæ est Ho. 1. min. 51. sec. 43. ter. 26. & $\frac{182}{103}$. Postremo faciat additionem, ut patet in exemplo, & prouenient Horæ 6. quæ est quarta pars unius diei, idest ea quantitas, qua spatio 29. annorum Aequinoctium suam sedem anticipat.

EXEMPLVM.

Pro Annis 20.	Horæ. 4.	mi. 8.	sec. 16.	ter. 33.	$\frac{21}{103}$.
Pro Annis 9.	Horæ. 1.	mi. 51.	sec. 43.	ter. 26.	$\frac{182}{103}$.
Pro Annis 29.	Horæ. 6.	mi. 0.	sec. 0.	ter. 0.	$\frac{0}{103}$. Quæ sunt Diei integri pars quarta.

Quod uero de anticipatione horarum Sex, per annos 29. ostendimus, idem est ostendere de anticipatione diei unius, per annos 116. Si enim primum quispiam inuentam in eadem tabella quantitatem anticipationis, positam è regione Annorum 100. quæ est, Ho. 20. mi. 41. sec. 22. ter. 45. cum $\frac{105}{103}$ in tabella supputatoria seppoſuerit, & sub hac quantitate etiam illam, quæ est è regione decem annorum, Ho. 2. mi. 4. sec. 8. ter. 16. & $\frac{112}{103}$ aptauerit; atque itidem quantitatem illam, quæ est è regione Sex annorum, uidelicet Ho. 1. mi. 14. sec. 28. ter. 57. cum $\frac{136}{103}$ sub eadem quantitate accõmodauerit: uenient sanè Horæ 24. hoc est, quantitas unius diei integri, ut propositum fuit ostendere.

EXEMPLVM.

Pro Annis 100.	Horæ. 20.	mi. 41.	sec. 22.	ter. 45.	$\frac{105}{103}$.
Pro Annis 10.	Horæ. 2.	mi. 4.	sec. 8.	ter. 16.	$\frac{112}{103}$.
Pro Annis 6.	Horæ. 1.	mi. 14.	sec. 28.	ter. 57.	$\frac{136}{103}$.
Pro Annis 116.	Horæ. 24.	mi. 0.	sec. 0.	ter. 0.	$\frac{0}{103}$. Quæ Diem integrum perficiunt.

Quod ipſum etiam proueniet, ſi quantitas horarum Sex, de quibus in priori exemplo tractauimus, per Quaternarinm multiplicabitur: quia tunc elicietur 24. horarum quantitas, quæ diem unum integrum conficiunt. Et hoc modo quiſque in poſterum facilè inuenire poterit, ac ſupputando adiſcere cuiuſcunque temporis propoſiti anticipationis Aequinoctij quantitatem.

De cognoſcenda ſingulis annis in futurum Aequinoctij ſedem; & quonam pacto illa in Calendario ſit ſtabilienda, ne amplius retrocedat. Cap. VI.

CVm uerò ex ſupraoſtenſa ſupputatione nota iam ſit Pater Beatiſſi. anticipatio ſedis Aequinoctij: non erit ab re, neque difficile in præſentiarum, exactiore calculo oſtendere futuram annis ſingulis Aequinoctij ſedem, ac præfatam anticipationem, & huiuſmodi ſedis in Calendario obſirmationem. Quamobrem hoc pacto procedendum erit. Suppoſita præoſtenſa quantitate, Horarum ſcilicet 5. min. 47. ſec. 35. ter. 10. cum $\frac{70}{203}$ & dierum 365. ex quibus Annus communis, iuxta noſtram ſupputationem conſtare dicimus; & ingreſſu Solis ſequenti Anno Domini 1580. die 25. Martii. ho. 4. min. 57. ſec. 1. ter. 4. in primum Arietis gradum: ſi quis ſcire uoluerit, quo die, hora, & cæteris partibus Sol ingreſſurus ſit eundem gradum ſequenti anno 1581. addet diebus 25. ho. 4. mi. 57. ſec. 1. ter. 4. quantitatem horarum 5. min. 47. ſec. 35. ter. 10. cum $\frac{70}{203}$ & quantitas, quæ ex hac additione proueniet, quæ erit dies 25. ho. 10. mi. 44. ſec. 36. ter. 14. & $\frac{70}{203}$ ingreſſum Solis, in primum gradum Arietis oſtendet. Simili modo, ſi diebus huiuſmodi & partibus ſequentibus Ho. 5. ac præfata minuta ſequentia adiicientur: orientur ſimiliter dies 25. ho. 16. min. 32. ſec. 11. ter. 24. cum $\frac{140}{203}$ pro anno 1582. oſtendentes tempus anni huius & menſis præfati, in quo Solis ingreſ-

ſus in idem Arietis ſignum, ac Vernum Aequinoctium erit. Veruntamen ſi iterum ho. 5. ac ſequentes partes huiuſmodi producto adiungentur, pro anno Domini uenturo 1583. qui erit Annus tertius poſt Biſſextilem: orientur dies 25. ho. 22. min. 19. ſec. 46. ter. 35. cum $\frac{7}{203}$. quod erit ſimiliter tempus huiuſmodi ingreſſus Solis præfato anno. Nouiſſime, ſi ho. 5. ac ſequentia minuta huic quantitati addentur: illud, quod prouenit, erit quantitas dierum 26. ho. 4. mi. 7. ſec. 21. ter. 45. & $\frac{77}{203}$. ex quibus addiſci poteſt; Solem eo die, atque ea hora Anno 1584. (ſi annus nõ eſſet Biſſextilis) primum gradum Arietis ingreſſurum fuiſſe. ſed quia hic annus eſt Biſſextilis: ideo intercalandus eſt dies unus; qui dies de numero horum dierum eſt demendus; ut dies 25. pro ſede Aequinoctii relinquatur. Nam quoties propter Biſſextum dies unus in menſe Februario intercalatur; tunc Primus dies Martii fit nouiſſimus Februarii, & ſecundus Primus; & ſic de reliquis, ut infra capite 13. oſtendemus. Quam ob rem, hoc die intercalato, dicendum erit, die Vigeſimoquinto Martij Hor. 4. minu. 7. ſecun. 21. tert. 45. cum $\frac{77}{203}$ Solem anno Domini biſſextili 1584. primum Arietis punctum ingreſſurum, ac eo in loco, eoque die, atque hora uernum Aequinoctium ſuam ſedem occupaturum. Hoc autem ordine ulterius erit progrediendum, uſque ad Annum 1608. eo incluſo: qui ſi fieret biſſextilis, eo anno inueniretur Sol, die 24. Martii, ho. 23. mi. 9. ſecun. 25. tert. 53. & $\frac{133}{203}$. Arietem ingredi. ſed hic Annus debet fieri communis, & ſequens biſſextilis, ut præfato anno 1608. die 25. & non 24. Martii, hora tamen 23. mi. 9. ſec. 25. ter. 53. & $\frac{133}{203}$. Sol ingrediatur in Arietem, & anno ſequenti 1609. qui erit biſſextilis, die. 25. eiuſdem menſis, ho. 4. mi. 57. ſec. 1. ter. 4. Sol ſimiliter primum gradum Arietis inueniatur introire: in quem etiam Anno correctionis 1580. eodem die & eadem hora ingreſſus erit. Sed ſi huic quantitari temporis præfatæ Ho. 5. ac reliqua minuta addantur etiam Anno ſequenti, qui erit 1610. hoc eſt,

Trigeſi-

Ratio, siue Descriptio Anni magni solaris, qua singulis annis Aequinoctij sedem addiscitur.

ANNVS CHRISTI. M.D.XXC. *erit Annus bissextilis,* & CORRECTIONIS *Calendarij; in quo Sol ingredietur Arietem Die 25. Martij. Ho:4. mi. 57. se. 1. ter. 4. post occasum Solis.*

Numeri annorũ Anni magni	Anni bissextiles.	1. Annus magnus cum annis Christi.	2. Annus magnus cum annis Christi.	3. Annus magnus cum annis Christi.	4. Annus magnus cum annis Christi.	DIES MARTII.	PARTES DIEI. Hor.	min.	Secũ.	tert.	203.
1		1581.	1610.	1639.	1668.	25	10	44	36	14	70
2		1582.	1611.	1640.	1669.	25	16	32	11	24	140
3		1583.	1612.	1641.	1670.	25	22	19	46	35	7
4	Bissextilis	1584.	1613.	1642.	1671.	25	4	7	21	45	77
5	1.	1585.	1614.	1643.	1672.	25	9	54	56	55	147
6		1586.	1615.	1644.	1673.	25	15	42	32	6	14
7		1587.	1616.	1645.	1674.	25	21	30	7	16	84
8	Bissextilis	1588.	1617.	1646.	1675.	25	3	17	42	26	154
9	2.	1589.	1618.	1647.	1676.	25	9	5	17	37	21
10		1590.	1619.	1648.	1677.	25	14	52	52	47	91
11		1591.	1620.	1649.	1678.	25	20	40	27	57	161
12	Bissextilis	1592.	1621.	1650.	1679.	25	2	28	3	8	28
13	3.	1593.	1622.	1651.	1680.	25	8	15	38	18	98
14		1594.	1623.	1652.	1681.	25	14	3	13	28	168
15		1595.	1624.	1653.	1682.	25	19	50	48	39	35
16	Bissextilis	1596.	1625.	1654.	1683.	25	1	38	23	49	105
17	4.	1597.	1626.	1655.	1684.	25	7	25	58	59	175
18		1598.	1627.	1656.	1685.	25	13	13	34	10	42
19		1599.	1628.	1657.	1686.	25	19	1	9	20	112
20	Bissextilis	1600.	1629.	1658.	1687.	25	0	48	44	30	182
21	5.	1601.	1630.	1659.	1688.	25	6	36	19	41	49
22		1602.	1631.	1560.	1689.	25	12	23	54	51	119
23		1603.	1632.	1661.	1690.	25	18	11	30	1	189
24	Bissextilis	1604.	1633.	1662.	1691.	24	23	59	5	12	56
25	6.	1605.	1634.	1663.	1692.	25	5	46	40	22	126
26		1606.	1635.	1664.	1693.	25	11	34	15	32	196
27		1607.	1636.	1665.	1694.	25	17	21	50	43	63
28		1608.	1637.	1566.	1695.	25	23	9	25	53	133
29	Bissextilis	1609.	1638.	1667.	1696.	25	4	57	1	4	0
Annus magnus constat in retual lo Annorum 29.	7. Et Aequationis.	Hoc anno Sex horæ prætermittuntur.	Hoc anno Sex horæ prætermittuntur.	Hoc anno Sex horæ prætermittuntur.	Hoc anno Sex horæ prætermittuntur.	Post annum bissextilem Aequationis repetendum est principium toties, quoties: & cætera.					

ANNI MAXIMI DISTANTIA. | ANNI MAGNI RATIO.

Trigesimus ab Anno 1580. & Secundi anni magni primus: cognoscemus, Solem primum Arietis gradum ingressum esse die 25. Martii ho. 10.mi. 44.sec.35.ter.14.& cum $\frac{70}{203}$ quæ sedes est eadem, in qua erat præfato anno 1581. Quod si ab hoc Anno, usque ad 1610. Aequinoctium ad eandem sedem reuersurum ostendimus: quolibet 29. anno, Sol inuenietur eodem die, ac eius partibus, in eodem esse puncto, in quo iam 29. annis transactis inuentus erit. Cum itaque ingressum Solis in primum gradum Arietis die 25. mensis Martii, ho.4. mi.57.se.1. ter.4. ab occasu Solis statuerimus; & singulis 29. annis (seruatis seruādis de Annis bissextilibus) sedem ad eundem punctum reuerti ostenderimus: dicimus, die 25. Martii sedem uerni Aequinoctii nos obfirmasse; & sic per singulos annos, interuallo 29. annorum, ingressum Solis in primum gradum Arietis; quod est uernum Aequinoctium, ut erat propositum, demonstrasse. Illud uerò Beatiss. Pater est animaduersione dignum, quòd cum Aequinoctium propter supputationem Cæsaris uariando spatio annorum 29. per Sex horas, & in annis 116. per diem integrum sedem suam uersus principium mensis anticipet, quemadmodum capite præcedenti ostendimus: uerum iuxta meam supputationem Sol singulis 29. annis, quem Annum magnum & commoditatis gratia, & distinctionis ab aliis Annis appellare libuit: eodem die & hora cum reliquis diei partibus ad primum pūctum Arietis, in quo erat tunc, cum cępit à proprio loco deuiare, reuertatur: si in pristinam suam sedem restituendum est ipsum Aequinoctium: spatio ipsorum annorum 116. diē unum prætermissum esse oportet. ad quod agendum modū facilè excogitauimus: quem in Tabula præcedenti descripsimus. nunc autem, ut facilius res perspiciatur, huius rationem ostendere non pigebit. Cum Vigesimus quisque octauus annus, iuxta Anni formam à Cæsare traditam, semper debeat esse Bissextilis: in Septem bissextis intercalantur dies 7. qui conficiunt horas 168. Veruntamen cum secundum

meam

meam ſupputationem, in Septem biſſextis niſi Ho.162.min. 12. ſec. 24. ter. 49. ac $\frac{133}{203}$ qui ſunt dies 6. ho. 18. mi. 12. ſec. 24. ter. 49. & $\frac{133}{203}$ ſint intercalandi: inueniuntur min. 47. ſec. 35. ter. 10. cum $\frac{70}{203}$ plus iuſta quantitate eſſe intercalata. Cũ igitur Aequinoctium, propter Cæſatis ſupputationem, ſingulis quatuor annis maturius anticipet min. 49. ſec. 39. ter. 18. cum $\frac{126}{203}$ Septimo quoque biſſexto, qui etit Anno. 28. prouenient Hotæ 5. mi. 47. ſec. 35. tert. 10. cum $\frac{70}{203}$ quæ, ut ad quantitatem Sex horarum aſcendant, requirunt quantitatẽ ſequentis 29. anni; quæ eſt min. 12. ſec. 24. tert. 49. cum $\frac{133}{203}$ & ſic hanc illi addendo, naſcentur Horæ 6. quæ quidem horæ ut Aequinoctium, quod ſupra diximus, in ptopriam ſedem reuertatur; Biſſcxtum ab Anno 28. in 29. transfcrendo, per Septem Biſſextotum ſpatium ad plenum prætermittuntur.


E X E M P L V M.

Anticip. 7. ann. biſext. cõm.	Ho. 5. mi. 47. ſec. 35. ter. 10.	$\frac{70}{203}$
Anticipatio anni 29.	Ho. 0. mi. 12. ſe. 24. ter. 49.	$\frac{133}{203}$
Pro Annis 29. faciunt.	Ho. 6. mi. 0. ſe. 0. ter. 0.	$\frac{0}{203}$

Hic igitur erit modus & ratio demendi de Anno quolibet Magno horas Sex: qui ordo, ſi ſingulis quatuor Annis magnis ſeruetur, dies integer abiiſſe ſine intercalatione repetietur. Manifeſtum enim eſt, Sex hotas in anno Maximo, quod eſt ſpatium 116. annorum, ſecundum hanc ſupputationem quater acceptas, diem unum integrum conſtituere: quo die hoc pacto de huiuſmodi anno per quatuor uices dempto, Aequinoctium in ſua ſede obfirmatum eſſe, patet. Quæ cum ita ſint Pater beatiſs. apparet, in Annis communibus Horas & partes horarum, quæ ſunt ultra 365. dies, eſſe de ratione Anni biſſextilis; & fieri non poſſe, ut Aequinoctium ſemper in die 25. Martii ſedem ſuam teneat. Et quamuis in cæteris annis anni Magni in præfato die 25. ſemper inueniatur; in quoli-

quolibet tamen 24. anno, qui est Sextus bissextilis, in die 24. eiusdem mensis inueniri, necesse est: ut supra in Tabula uidere licet. Quapropter si in posterum, annis 29. transactis,

In hac Rota, cuilibet diei praefati Anni magni dies Martij, atq; horum dierum partes, uidelicet, Horas, minuta, secunda, tertia, ac Ducentesima tertia, ordine sibi biecimus, ut facile quis omnia uno intuitu uidere possit.



rursus is Annus magnus solaris, eo, quo ostendimus ordine, incipiatur: & hic toties quoties ipse Annus ad finem erit perductus; ita ut semper annus Vigesimus nonus pro Anno bissextili, quem ab effectu, Aequationis annum appellare uoluimus;

luimus; & sequens pro principio Anni magni sequentis habeatur; quod in modo ostensa figura quæ est eadē cum antecedente Tabula, circulatim & cōmodius uideri potest: ob huiusmodi dici unius ommissionem, Aequinoctium in Calendario ita stabilietur, ut in posterum à sede sua nunquam recedat. Hanc autem diei unius ommissionem, quam alii Centum & plurium annorum spatio faciendam putauerunt, nos ea de re, quatuor Magnorum annorum interuallo, commode faciendа existimauimus, ne Aequinoctium à propria sede per duos dies anticipando, usque ad diem 23. Martii dilungaretur. Siquidem, sicut est impossibile, ut in tam paruo numero 29. Annorum, Acquinoctium in 24. etiam diem Martij suam sedem non habeat: ita fieri non posset, ut tam longiori tempore, idest Centum & pluriū annorum ad 23. quoque diem, quod illi fortasse non cognouerunt, non recurreret. Veruntamen, cum frustra fiant per plura, quæ commodius per pauciora, & æquè benè fieri possunt: incongruum non existimauimus, si singulis annis 29. ut ostendimus: anno Vigesimo octauo tanquam communi relicto, ponatur Vigesimusnonus bissextilis: ut omnia rectè adæquentur. Sciendum tamen est, quòd si Dies numerentur à meridie, singulis annis Anni magni Die 24. Martij fieret Aequinoctium; annis tantum ante bissextilibus, qui sunt 3. 7. 11. 15. 19. & 28. exceptis: in quibus fiet Die 25. quia si Horis annotatis cuilibet anno præostensi Anni magni addatur temporis interuallum à meridie ad Solis occasum, Horæ scilicet Sex: prouenict tempus post meridianum diei præcedentis. exempli gratia. Sequenti anno Domini 1581. Dies 25. Martij assignatus est in Tabula pro die Aequinoctii, & Dies 24. est dies præcedens: si horis 10. diei 25. assignatis Horæ 6. addantur, eliciētur Horæ 16. & sic Die 24. Martij. hor. 16. mi. 44. sec. 36. ter. 14. & $\frac{70}{203}$ post meridiem erit Aequinoctium præfati anni. quod quidem etiam cuilibet Anno antebissextili continget: nam Anno 1583. iuxta huius regulæ obseruationem Die 25.

eiusdem

eiusdem mensis Hora 4. mi. 19. sec. 46. ter. 35. cum $\frac{7}{203}$. à meridie erit Aequinoctium. Et hoc pacto opinio dicetium, Aequinoctium tempore Christi contigisse, non Die 25. sed 24. mensis Martij, non erit aspernenda.

Alia ratio inueniendi sedem Aequinoctij, siue ingressum Solis in Arietem. Cap. VII.

HIs itaque ostensis, Beatiss. Pater: ad confirmandum illud, quod de ingressu Solis in Arictem supra docuimus, ut magis manifestum appareat: ostendamus necesse est, quonam pacto auxilio sequentium duarum Tabellarum, quas iuxta modum, quo utitur Iohannes Stoefflerus in suo Calendario: ad hoc negotium parauimus, iterum præfatus ingressus addiscatur. Pro. 12. Cum igitur quolibet quarto anno Sol in Ariete ad eundem punctum, in quo antea fuit, non redeat, quemadmodum ostendimus, ita ut sedem suam anticipet quantitate mi. 49. sec. 39. ter. 18. cum $\frac{126}{203}$. hanc profectò quantitatem quadriēnia additione auctam, in sequenti Tabella, è directo Sex bissextorum; iuxta rationem Anni nostri magni; de quo in superiori Tabula disseruimus exarandam duximus: quò ipse ingressus Solis in Arietem manifestius uideatur. Verum, quia non est satis ad id, quod ostēdere cupimus, solummodo has quantitates descripsisse: adiunximus etiam Tabellam radicum, annis quinque seruientium, ab Anno uidelicet 1580. uenturo bissextili incipientem, cuius anni Radix erit die 25. Martij. ho. 4. mi. 57. sec. 1. ter. 4. quod est tempus, quo eodem anno Sol introibit in primum Arietis gradum: cui diei adiūgendo Horas 5. mi. 47. sec. 35. tert. 10. cum $\frac{70}{203}$. ex quibus Annus, præter dies 365. constat, prodit Radix anni 1581. primi post bissextilem, die 25. ho. 10. mi. 44. sec. 35. ter. 10. cum $\frac{70}{203}$. eiusdem mensis: & hoc pacto singulis productis, singulis annis (quemadmodum supra cap. 6. ostendimus) horas 5.

minu. 47. sec. 35. ter. 10. cum $\frac{70}{203}$ semper adiungendo, oriuntur Radices annorum secundi, tertij, & quarti, post annum bissextilem: quas posuimus è regione præfatorum annorum distinctas in dies, horas, minuta, secunda, tertia, & ducentesimatertia mensis Martij. Vt autem usus huiusmodi Tabellarum intelligatur, Pater Beatissi. animaduertẽdũ est, si quis sibi proposuerit, uelle scire Solis ingressum in primũ punctum Arietis, quouis anno futuro, ei in primis cognoscendum esse, an ille annus bissextilis sit, an cõmunis, deinde utrum primus sit, an secundus, an tertius, an quartus post annum bissextilem, hac ratione, ac uia, ut ab eo numero annorum Christi, quos quis sibi proposuerit, submouendi sint semper anni 1580. qui est numerus annorum ætatis Christi, in quo facta est correctio Calendarii, & illi anni, qui residui fuerint, sint quantitas annorum transactorum à correctione præfata: quæ quantitas diuidenda est per numerum 116. anni Maximi, quod est spatium, in quo dies integer, transactis quatuor annis solaribus, erit prætermissus,

Tabella ingressus Solis in Arietem.

ANNI BISSEXTILES EXPANSI.	Numeri annorum bissexti per quaternarium collecti.	PARTES DIEI.					
		DIES	Hor.	min.	secũ.	tert.	.203
1.	4	0	0	49	39	18	126
2	8	0	1	39	18	37	49
3	12	0	2	28	57	55	175
4	16	0	3	18	37	14	98
5	20	0	4	8	16	33	21
6	24		4	57	55	51	147

Tabella Radicum Martij Anni 1580.

RADICES ANNORVM.	PARTES DIEI.					
	Dies.	Horæ.	min.	secũ.	tert.	.203
Bissextilis.	25	4	57	1	4	.0
1. post bissextum.	25	10	44	36	14	70
2. post bissextum.	25	16	32	11	24	140
3. post bissextum.	25	22	19	46	35	7
4. post bissextum.	26	4	7	21	45	77

pro Aequinoctio stabiliendo: & numerus Quotiens, erit numerus annorum iam prætermissorū. Verum residuum, quod proueniet ex diuisione facta per numerum 116. ostendet, quotus sit ille annus Domini propositus, qui continetur intra spatium ipsorum 116. annorum: & huiusmodi residuum erit diuidendum per 29. qui est numerus annorum Anni magni, & productum ostendet, tot annos Magnos iam transiisse ex numero annorum 116. quod uero relinquetur partiendum erit per 4. qui est numerus annorum, in quo fit Bissextus communis; & Quotiēs ostendet, quot anni bissextiles post bissextum Aequationis iam transierint: & Residuum proueniens ex hac partitione demonstrabit, quotus Annus propositus erit post annum bissextilem. Veruntamen si post secūdam diuisionem superecerint 28. anni: in Vigesimum octauum anni Magni non cadit Bissextus. Tunc igitur adhibenda erit hæc Regula, ut sēper accipiatur Annus propositus pro quarto anno post sextum Bissextum in Anno magno solari: ita ut sequens annus fiat bissextilis Aequationis. His itaque peractis, ex Tabella radicum præostensa primum accipiēdus est dies & partes diei anni bissextilis, aut illius, qui est post Bissextum, quemadmodum residuum, uel etiam numerus 28. ostendet; ac seorsim hæc scribenda sunt in tabella supputatoria. Deinde introeundum est in tabellam ingressus Solis in Arietem, & iuxta numerum Quotientem, inuentum ex diuisione quaternarii inueniendus est in Annis adscriptis numerus eidem similis: quo facto, numerus dierum, horarum, ac aliorum consequentium, è regione illius numeri positus erit ponendus sub numeris ex Tabella radicum extractis. Facta postea subtractione, quātitas, quæ relinquetur, ostendet diē, & horam ingressus Solis in primum gradum Arietis, in quo est principium Aequinoctij uerni illius anni propositi: quod quidem exemplo magis docente, quàm uerbis, demonstrabitur. Volo scire ingressum Solis in primum punctum Arietis, siue Aequinoctium uernum anni Domini 1587. futuri:

exploro

exploro primùm, an annus propositus sit Bissextilis, an non, subtrahendo à numero 1587. numerum 1580. & prouenit 7. Cum autem hic numerus non sit capax diuisionis per numerum 116. neque per numerum 29. signum euidens est, Annũ 1587. ex eis unum esse, qui in primo Anno magno solari post correctionem Calendarij continentur. Quapropter partior 7. per numerum quatuor annorum Bissexti, hoc est, per 4. & nascitur Vnitas, & superest 3. Dico nunc, 3. ostendere, Annum oblatum 1587. esse annum tertium post annum bissextilem; & Vnitatem demõstrare, unam tantùm in hoc Anno magno solari intercalationem, hoc est Annum unum bissextilem incidisse.

1587.	Annus Christi propositus.
1580.	Annus correctionis Calendarii.
7.	Annus primi anni Magni à correctione Calendarij.
3	— Annus post Bissextum.
7 | 1.	Intercalatio in anno Magno transacta.
4	

Quocirca, primum cõsimilem numerum Ternarium in tabella Radicum inuenio, qui est Tertius post bissextilem; quem ad partẽ extra in abaco adscribo unà cum Radice 25. dierum Martii. 22. horarum 19. minutorum, 46. secundorum, 35. tertiorum, ac $\frac{7}{203}$. Deinde, ex diuisione Septenarii per quaternarium cum Vnitas orta sit, ad Tabellam introitus Solis in Arietem me confero, &, inuenta Vnitate, quæ primum Bissextum anni Magni solaris denotat, è regione eius inuenio anticiparionem dierum 0. ho. 0. mi. 49. sec. 39. ter. 18. cum $\frac{176}{203}$ quam demo de radice seorsim scripta: & remanent dies 25. ho. 21. min. 30. se. 7. ter. 6. & $\frac{74}{203}$. ur in exemplo apparet.

Exem-

E X E M P L V M.

Pro Anno tertio post Bissextum.	Dies.25. ho.22.mi.19.se.46.ter.35.	$\frac{7.}{203.}$
Pro primo Bissexto anni Magni.	Dies. 0.ho. 0.mi.49.se.39.ter.18.	$\frac{126.}{203.}$
Pro ingressu Solis.	Dies.25.ho.21.mi.30.se. 7.ter. 6.	$\frac{84.}{203.}$

Igitur anno Christi 1587. futuro ingredietur Sol in Arietem, Vernum æquinoctium faciens die, hora, minutis, ac cæteris iam inuentis, hoc est, Die 25. Martij. Aliud quoque adducam exemplum, pro maiori intellectu. Volo scire, Anno Domini uenturo 2130. quonam die Martij Sol sit ingressurus Arietem. demo, ut prius, 1580. de 2130. & prouenit 550. qui sunt Anni post annum correctionis iam dictæ. postea partior 550. per 116. & nascitur 4. quod denotat, ab Anno correctionis Calendarij usq; ad Annum propositum iam quatuor annos Maximos abiisse: Residuum uero 86. indicat, quotus annus sit in numero annorum Quinti anni magni solaris, tunc currentis. quod Residuum est diuidendum per 29. & prouenier 2. ex quo intelligitur post Quatuor annos maximos iam duos Annos magnos transisse; & 28. annos, qui supersunt, ad tertium Annum magnũ ptinere. Verumtamen, cum Anni isti sint numero 28. per Regulam datam Annus erit tunc Quartus post Sextum bissextum currentis Anni magni solaris, & per consequens Annus propositus erit Quartus ab anno Bissextili. Quam ob rem, ingre-

2130.	Annus Christus propositus.
1580.	Annus correctionis Calendarij.
550.	Annus post præfatam correctionem.
086	Annus maximi anni Solaris.
550. | 4.	Anni maximi transacti à correctione Calendarij.
116	
28 —	Annus quartus post Bissextum.
86 | 2.	Anni magni transacti post quatuor maximos à correctione Calendarij.
29	

grediendum est prius Tabellam radicum, & describenda est in tabula supputatoria Radix, siue tẽpus anni Quarti post Bissextum, quod erit Dies 26. ho. 4. min. 7. secun. 21. ter. 45. cum $\frac{77}{203}$. Deinde ex tabella ingressus Solis in Arietem extrahendum est tempus Sexti bissexti, qui erunt dies o. ho. 4. mi. 57. sec. 55. tert. 51. cum $\frac{147}{203}$. & ponendum in præfata tabella supputatoria, sub tempore anni quarti bissextilis. quo facto, demenda est hæc quantitas ex illa; & nascetur quantitas dierum 25. ho. 23. mi. 9. sec. 25. ter. 53. cum $\frac{133}{203}$. Quare dicendũ erit, diem 25. Martij, ho. 23. mi. 9. secun. 25. tert. 53. & $\frac{133}{203}$. ostendere tempus introitus Solis Anno 2130. uenturo in primum gradum Arietis in signifero.

EXEMPLVM.

Pro Quarto anno post Bissextum.	Dies. 26. ho. 4. mi. 7. sec. 21. ter. 45.	$\frac{77}{203}$.
Pro Sexto bissex. Anni magni solaris.	Dies. o. ho. 4. mi. 57. se. 55. ter. 51.	$\frac{147}{203}$.
Pro ingressu Solis.	Dies. 25. ho. 23. mi. 9. se. 25. ter. 53.	$\frac{133}{203}$.

Sed si huiusmodi ingressus Solis anno Domini 2129. esset reperiẽdus: demptis annis 1580. ex 2129. Residuum esset 549. per 116. diuidendum: ex qua diuisione orirerur 4. denotãs, iam 4. Annos maximos transisse, & 85. esse residuũ Anni maximi; qui 85. anni erunt diuidendi per 29. & proueniet 2. cũ 27. residuo: quod quidem residuum est similiter diuidendũ per 4. numerum annorum Bissexti; & prodibit 6. indicans, iã Sex annos bissextiles abiisse, & 3. residuum ostendet, Annum 2129. propositum esse Tertium post Sextum bissextum anni Magni. Quocirca, quærenda est prius in Tabella radicum quantitas apposita Tertio anno post Bissextum, quæ erit dierum 25. ho. 22. mi. 19. sec. 49. ter. 35. & $\frac{7}{203}$. & scribenda in tabella supputatoria: sub qua postea describenda est quantitas Sex annorum bissextilium in tabula ingressus Solis in Arietem, quæ erit dierum o. ho. 4. mi. 57. sec. 55. tert. 51. cum $\frac{117}{203}$. à priore quantitate subtrahenda: qua subducta, remanebunt

2129. Annus Christi propositus.
1580. Annus correctionis Calendarij.

549. Annus à præfata correctione.

085. — Residuum Anni maximi.
549 | 4. Anni maximi præteriti.
448

27 — Residuum Anni magni.
85 | 2. Anni magni solares præteriti.
29

03 — Annus tertius post Bissextum.
27. | 6. Anni bissextiles transacti.
4

nebunt dies, 25. ho. 17. mi. 21. se. 50. ter. 43. cum $\frac{63}{203}$ ut in exemplo apparet. Erit igitur dicendũ Anno Domini 2129. die 25. Martij ho. 17. mi. 21. sec. 50. tert. 43. cum $\frac{63}{203}$ Solem in primũ mum punctũ Arietis, quẽadmodum quærebatur ingressurum. Est & alius modus admodum facilis inueniendi tempus, in quo Sol intrat primũ

E X E M P L V M.

Pro anno ter. post Bissext. Dies. 25. ho. 22. mi. 19. se. 46. ter. 35. $\frac{7}{203}$.
Pro sex annis bissextilib. Dies. 0. ho. 4. mi. 57. se. 55. ter. 51. $\frac{147}{203}$.

Pro ingressu Solis. Dies 25. ho. 17. mi. 21. se. 50. ter. 43. $\frac{63}{203}$.

gradum Arietis, quem supra attigi; & nunc ostendere non grauabor. Discat prius, qui hoc scire uoluerit, sub quo annorum numero, comprehenso in Anno magno solari contineatur numerus illius anni, quem sibi proposuit, deinde de mat prius de illo annos 1580. postea, partiatur Residuum, si fuerit capax huiusmodi partitionis, per 29. & numerus, qui ex ea superit, erit numerus quæsitus. Si autem huiusmodi residuum diuidi nequiuerit: numerus ille etiam erit numerus, qui quæsitum tempus ostendet. Nam, cum eo ipso

 nume-

numero residui introeundum erit in Tabulam, in qua est descripta Ratio anni Magni, & inuento in prima eius columna, quæ continet numeros eiusdem anni, numero consimili, è regione, in columnis continentibus Dies, partesque diei mensis Martij inueniet tempus quæsitum. Huius autem rei exemplum subiungam. Volo scire Anno Domini 2125. quo die Sol ingrediatur Arietem. demo (ut semper) de proposito numero annos 1580. & prouenit 545. deinde partior hunc numerum per 29. & residuum est 23. cui numero consimilem inuenio in supradicta tabula, è regione cuius est annotatus dies & ipsius partes; in quo ingreditur Sol in primum gradũ Arietis, qui erit dies 25.ho.18.mi. 11.sec. 30. ter. 1. cum $\frac{189}{203}$. Si autem de Anno 1601. idem scire uoluero: auferam prius ex hoc numero annos 1580. & relinquetur 21. & quia hic numerus non est capax diuisionis per 29. dicitur 21. esse quæsitum numerum ad ostendendum quod quæritur. quia si cum hoc numero præfatam tabulam ingressus fuero: inuento in priore columna numero 21. è regione inueniam dies 25. ho. 6.mi.36.se.19.ter.41.& $\frac{40}{203}$. & hoc erit tempus Aequinoctij; siue ingressus Solis in primum gradum Arietis anni propositi: quod quidem etiam in aliis annis propositis erit obseruandum.

Dies Aequinoctij per radios solares, ad quamcunque Poli borealis eleuationem, quo nam pacto cognoscatur. Cap. *VIII.*

QUONIAM uerò Vetus consuetudo est S.Rom. Ecclesię ex SS.Patrum, & Conciliorum decreto, post uernum Aequinoctium die Dominico, statim sequentem lunam Quartamdecimam S. Diem Pascatis Resurrectionis celebrandum esse. & tempus Aequinoctij apud nonnullos nondum satis exploratum habetur, dicam in præsentiarum de eo aliquid, & ostendam quonam pacto

cto per Solares radios ad quamcunque Poli borealis eleuationem addisci posit. Quòd Sol sub Ecliptica octauæ sphæræ perpetuò decurrat, & eo existente sub ea parte, qua Aequator & ipsa Ecliptica sese mutuo intercipiuntur, Aequinoctium fiat in toto orbe terrarum, nemo est qui ambigat; præsertim cũ Georgius Purbachius Cap. De motu octauæ sphæræ, mo tu trepidationis, ut uocant, siue accessus & recessus, ipsius octauæ sphæræ, inuentu sanè Thebit, hoc satis ostendat. Quando uero & quo modo id accidat, hoc opus, hic labor est: etiam si quamplurimi huius artis professores, quem admodum ex eorum scriptis licet cognoscere, in hoc multũ operam nauarint. Columella enim antiquissimus scriptor, cui astipulatur Plinius (alios enim prætermittam) Lib. 9. cap. 14. & Lib. 11. cap. 2. De Re rustica, Eudoxi & Metonis antiquorum Astronomorum disciplinam sequutus, docet Solstitia & Aequinoctia confici, non in primis partibus signorum, quemadmodum asserebat Hipparchus, sed in octauis, incidente Sole in centrum terræ; & uernum Aequinoctium suo tempore mense Martio fieri circa 8. Calen. Aprilis in octaua parte Arietis, ac Solem 6. Calend. eiusdem mensis in ipsius Arietis signum transitum facere. siquidem, quemadmodum Purbachius, supra ostendit, existente Sole in principio uel Arietis, uel Libræ primi mobilis, non semper fit Aequinoctium, sed aut ante factum est, aut post fiet. Verum non est prætereundum, Diem naturalem consistere in Solis circuitione, quæ spatio 24. horarum fit super, & subter horizonte; & propterea diuidi in Diem artificialem & Noctem: quorum quantitas motu Solis supra & sub horizonte, iuxta arcus, uel spatij quantitatem, quod pertransit, mensurantur. Sol enim cum pertransit supra horizontem, quantitatem diei artificialis; cum uero subter horizontem, quantitatem noctis demõstrat. & quanto magis præfati arcus inter se sunt maiores, uel minores, tantò magis dies & noctes inter se sunt longiores, aut breuiores. Vnde fit, quòd quando arcus descriptus à So-

natu. Hist. lib. 2. cap. 19. & lib. 18. cap. 25.

le supra horizontem est æqualis arcui descripto sub eodem; Dies artificialis est æqualis nocti, & tunc fit Aequinoctium, per totum orbem. Nam cum omnes circuli maiores in sphæra, ut sunt Aequinoctialis & Horizõtalis, per 15. Primi Theodosij, diuidant se inuicem per æqualia, non est dubium, quin Aequinoctialis ab horizonte, siue recto, siue obliquo in duas æquas partes diuidatur: ita ut altera eius pars sit semper supra horizontem, altera uero infra. Quapropter, Sole sub Aequatore existente, quod bis in anno contingit, in principio scilicet Arietis mense Martio, & Libræ mense Septembri; ubi Aequinoctialis ab Ecliptica octauæ sphæræ intersecatur, supra horizontem, motus fit æqualis ei, qui fit infra horizõtem, & Dies artificialis & nox æquales fiunt, & Aequinoctiũ in toto orbe terrarum contingit. quod quidem non accidit, quando Sol est citra, uel ultra præfactam sectionem: quia, per 15. Definitionem primi Elementorum Euclidis: quemadmodum diameter trãsiens à circumferentia per centrum circuli, in duas æquales partes eum diuidit; aliter autem euenit, cum aut supra, aut infra cẽtrum transit, quia non secatur in duo æqualia: ita Sol existens sub Acquatore, qui est circulus transiens per centrum mundi, diuidit sphęram in duas æquales partes, ac parem Diem nocti faciens, fit Aequinoctium, infra autem aut supra cum existit, aut Dies maior est nocte, aut contra. Verum diuersitatem temporis Aequinoctij, quæ est inter autores, non aliunde arbitror nasci posse, quàm ex motu Octauæ sphæræ: cui tres motus Astronomi adscripsere: unum, qui fit semel in die naturali, raptu primi mobilis super polis mundi ab ortu in occasum per meridiẽ, alterum, quem fieri à Nona sphęra dicunt, regulariter super centrum mundi, iuxta ordinem signorum ab occasu ad ortũ per meridiem, super polis Signiferi primi mobilis: ità ut caput Arietis nonæ, siue Secundi mobilis, quod idem est, spatio annorum 200. iuxta quorundam sententiã gradum unũ, ac 28. ferè minuta Primi mobilis, & totum eius Zodiacũ spatio

De Sphe. ris.


tio annorum 49000. pertranseat. quem motum, Arcum huiusmodi Zodiaci inter caput sui Arietis, & caput Arietis octauæ sphæræ, appellant. Nam in cœlestibus quendam quasi gregem Arietum posuere. Tertium ipsius Octauæ proprium asserunt, qui regulariter fit à quibusdam punctis in ipsa inuicem per diametrum oppositis, in circunferentia duorum paruorum circulorum, centra habentium in capite Arietis, & Libræ nonæ, quæ pũcta caput Arietis, & Libræ huius sphæræ uocantur. quem quidem Medium motum accessus & recessus; siue Motum trepidationis appellant; & spatio annorum 7000. solarium perfici uolunt. Quia uero caput Arietis & Libræ octauæ in suis paruis circulis mouentur modo secundum ordinem signorum primi mobilis, modo contra, ac etiã modo stare uidentur: ex quo sequitur, huiusmodi motum simul cum sectionibus eclipticæ octauæ cum æquinoctiali Aequinoctia & Solstitia mutare, propterea motus iste in causa est, ut Astronomi, qui diuersis ætatibus maximas Zodiaci ab Aequinoctiali declinationes obseruarunt, de illis inter se dissideant. Sed cum ex his quæ diximus, compertum esse possit, Solem quandoque in principio Arietis primi mobilis, Aequinoctium faciendum esse, & nõ fieri, sed uel prius (ut supra dictum est) fuisse, uel postea futurum esse. cumque Sol semper percurrat sub ecliptica octauæ, & cum fuerit in præfatis sectionibus ipsius Eclipticæ cum æquatore, omniũ consensu, & præcipuè Ptolemæi Lib. 1. Quadripartiti, ut uocant, fit Aequinoctium in uniuerso; credendum est (ni fallor) S.Rom. Ecclesiam semper huiusmodi Aequinoctium respexisse, & obseruasse. quod quidem etiam (mea sententia) semper faciet, cum præ cæteris sit non solum cognitu facilius, uerum etiam uerius. Nam sensu & ratione quotannis cõprehẽditur: nec iustũ esse arbitror sensum dimittere propter rationem tantum, præsertim si illud, de quo agitur sensu percipitur; maximè cum Sensus circa proprium sensibile nunquam decipi possit. Et, si in S.Pascatis celebratione à recto tramite

deuia-

deuiatum eſt, dicant alij, quidquid uelint de Aequinoctio, & ingreſſu Solis in Arietē primi mobilis: hoc ſanè non accidit niſi ob Aequinoctij iam oſtenſi anticipationē, & ob eius in Die 21. Martij à Dionyſio Abbate Romano ſtabilitionē. Sancta enim Eccleſia ſemper obſeruans Arietem, æquinoctialis circuli ab ecliptica o ctauæ decuſati, tāquam Arietem illum cornibus hærentem inter uepres, Dominica ſequenti lunam Quartamdecimam poſt Aequinoctium ſolennem memoriam ſemper habere uoluit Reſurrectionis ipſius figura-
Gen. 22. ri Arietis ab Abrahamo, patre multarum gentium, pro noſtra omniumque ſalute, ſuper ſtruem lignorum Sanctæ crucis ad ſimilitudinem Iſaaci eius filij, immolati. Sed iam ad noſtra redeamus. Cum hoc anno Domini 1580. Sol in præfata ſectione Die 25. Martij anni innouati, ſiue Die 11. eiuſdem menſis anni ueteris eſſe contingat: ideo dicimus tunc fieri per toto terrarum orbem Aequinoctium, & nō Die 21. hoc eſt, Die dicato S. Patri Benedicto: quod quidem ſenſu clare percipi poterit, cum umbra Gnomonis, ut uocant, ſiue Stili cuiuſcunq; Horologij, ſiue muralis, ſiue horizontalis rectè fabrefacti cadet ſuper punctum ubi linea meridiei ſe interſecat cum linea æquinoctialis. Vt autem in poſterum, ab omnibus ſingulis annis percipi poſſit, quo nam die fiat Aequinoctium, oſtendam quo pacto ad cuiuſcunque Poli borealis eleuationem in plana ſuperficie cum horizonte illius loci æquè iacente; aut in pariete meridiem adamuſſim reſpiciente, qui cum præfato horizonte ſe iungat ad angulum rectum, cōfici poſſit Gnomonem, qui lumine Solis & umbra ipſius Gnomonis, oſtendat punctum indicans diem uerum uerni atque autumnalis Aequinoctij. quod quidem ita erit faciendum. Deſcribatur in primis in iam memorata, ſiue horizontali, ſiue murali ſuperficie plana magnus circulus, & in eius centro erigatur Stilus, ſiue Gnomon, qui quanto magis erit longior, tanto magis umbræ, quæ quotidie fient ab eo lumine Solis, una ab alia in earum longitudine erunt diſtin-

distinctiores: contra uero, quanto magis fuerit breuior. postcà Sole iaciente umbras in præfatam superficiem, à præfato Gnomone procedentes, obseruentur coniunctiones umbrarum tam ante, quàm post meridianarum, factæ à cuspide Gnomonis in circunferentia circuli, quæ exactè signari debent, & à puncto ad punctum harum coniunctionum ducenda est recta linea, in duas æquales partes à linea indefinitæ quantitatis, quæ erit quæsita linea meridiana, ducta à centro circuli, & transeunte per punctum diuisionis, diuidenda. In ea similiter, modo quo infra, inueniendum est punctum, quod cum ab umbra Gnomonis tactum fuerit, ostendat, eo die in uniuerso orbe esse Aequinoctium. Describatur igitur in primis, ut in figura, in horizontali superficie plana circulus a b c d. cuius centrum sit e. in quo erigi debet Stilus, siue Gnomon, qui cum præfata superficie faciat undique angulos rectos. Sitque Oriens in parte a, Occidens in parte c, Septentrio in parte b, & in parte d sit Meridies. Obseruetur postea ante meridiem umbra cuspidis Gnomonis tangens partem circuli, ut puta f. quæ signari debet: idem quoque faciendum est post meridiem de umbra Gnomonis tangente partem circuli, ut puta g. à quo ducenda est linea in punctū f. & erit g f. quæ per Decimam primi Elementorum Euclidis in duas æquales partes à linea e b indefinitæ quantitatis, trāsiens per punctum h. quam dico esse quæsitam lineam meridianam, est diuidenda. Nunc inueniendum est in ea punctū sectionis lineæ æquinoctialis ad eleuationem Poli borealis ad latitudinem huius Inclytæ ciuitatis Venetiarum: quæ est Gra. 45. hoc pacto. Ducenda est prius linea i m. indefinitæ quantitatis, quæ sit lineæ b e paralella, & transeat per punctum, siue centrum a. postea circa eundem centrum describatur Hemisphærium siue Semicirculus i l m. qui satis erit huic negotio; & à præfato centro per 11. primi Euclidis erigatur linea a l. quæ diuidat semicirculum in duas æquales partes ad angulos rectos: hoc est in i a l. & in m a l. quarum

singu-


SVPERFICIES MVRALIS.
Zenith.
Polus arcticus.
Caput Arietis.
Zodiacus.
Cancer.
Gemini.
Taurus.
Aries.
Pisces.
Aquarius.
Æquator.
Radius solaris.
GNO MON.
Linea Æquinoctialis siue
Oriens.
GNOMON
Vmbra post meridiana.
Linea meridiei.
Vmbra meridiana.
Vmbra antemeridiana.
Septentrio.
Locus æquinoctij.
Meridies.
SVPERFICIES HORIZONTALIS.
Occidens.
Horizon.

ſingulæ diuidendæ ſunt in Gra. 90. Sitq́ue linea a l. Zenith. & i m Horizon hemiſpherij, ſiue ſemicirculi. His ita diſpoſitis, à centro a ducatur linea a o. ſupra horizontem i m. Gra. 45. eleuata, iuxta altitudinem Poli borealis noſtræ ciuitatis, & o ſit huiuſmodi Polus. Sit præterea linea a p Aequator, ſiue circulus Aequinoctialis, & p caput Arietis octauæ ſphæræ. ſi quidem Polus borealis à capite Arietis, ſiue ab Aequinoctiali diſtat, ut ratio poſtulat, Gra. 90. hoc eſt, dimidia ſemicirculi parte. quo facto producenda eſt linea p a indefinitæ quantitatis, quæ tranſeat ultra punctum b. & ubicunq; lineam meridianam e b decuſſauerit, quod erit præcisè ſuper puncto b. ibi erit punctum, ſiue locus, ſuper quem, cum umbra meridiana cuſpidis Gnomonis a e, Sole radiante, ceciderit, ſemper in toto orbe eo die erit Aequinoctium. Neceſſe enim eſt, quotieſcunque Sol in meridie extiterit, & tetigerit caput Arietis octauæ; hoc eſt punctum p. in quo Ecliptica circulum æquinoctialem ſecat, proijciat ſuos radios ſuper ſtilum e a, & umbra cuſpidis ſtili a e tangat punctum b. Quod quidem etiam faciet, ſi quis etiam in quauis ſuperficie murali, ut puta q r ſ t meridiem rectè aſpiciente, ſuper lineam in eo prius deducta, ut puta i m. quæ ſit horizonti r ſ paralella, præoſtenſum Semicirculum, ſiue hemiſpherium, eo pacto quo ſupra, delineauerit: ac poſtea in ea à quocunque dato puncto, ut puta n. ducat lineam n f indefinitæ quãtitatis, perpendiculariter cadentem uerſus horizontem, quæ erit linea meridiei, & faciat angulos rectos, ſcilicet, i n f. & a n f. faciatq́ue n a longitudinem Gnomonis, in centro n. figendi, qui faciat in præfata ſuperficie undique angulum rectum. Ducta denique à puncto p capite Arietis recta linea p b. ubicunque ceciderit ſuper lineam meridiei in f. quod erit in pũctum u. ibi erit locus Aequinoctii ſingulis annis. Si quidem quotieſcunque Sol fuerit in meridie & in capite uel Arietis, uel Libræ octauæ ſphæræ, umbra ſtili n a. tangens punctum u, oſtendet illo die per totum orbem eſſe, ſiue uernum,

I ſiue

siue autumnale Aequinoctium. Quod autem ostensum est de Aequinoctijs, idem etiam de Solstitiis, ac de ingressu Solis in singulis signis Zodiaci ostendi posset, obseruatis pũctis in rectè depicto Zodiaco, & Semicirculo, siue in plana superficie horizontali, siue murali, ostendẽtibus eorum principia. quia tunc quisque posset Gnomon sibi construere, ei similẽ, qui Bononiæ industria eruditiss. uiri Magist. Egnatii Dantis Perusini ordinis Prædicatorum, Mathematum professoris, in templo D. Petronij cernitur. Et quod factum est in inuentione præfati puncti æquinoctialis iuxta eleuationẽ Poli borealis ad Gra. 45. idem erit faciendum inuentione eiusdem puncti in quacunque eleuatione. Nam nulla, nisi in Poli borealis & Aequinoctialis circuli uel eleuatione uel depressione, est diuersitas. Quantum enim hic supra horizõtem eleuatur, tantum ille deprimitur: contra uero, quanto magis iste erit depressus, tantò magis ille erit eleuatus. cum inter se distent semper (ut diximus) quantitate 90. Graduũ. Quam obrem quisque sub quacunque Poli borealis eleuatione degens, uel in horizontali plano, uel in plana superficie murali, meridiem adamussim respiciente, quotannis diẽ Verni, ac etiam Autumnalis æquinoctij hoc pacto facillime cognoscere poterit, reiectis, quæ à plerisque scrupulose, atque obscure sunt de ipsis Aequinoctijs, ac Solstitiis disputata. Nam si uera essent etiam ea, quæ de Iecusculis muscu-
De diuinatione. 2. lorum, quæ die brumali augeri, de Puleio arido, quod in Carnariis eodem die florescere, de Folijs olearum, quæ bru-
Nat. hist. cap. 25. lib. 18. mali & solstitiali die ad solem conuerti, ac de Fidibus, quas ictu alieno sonare eodem die scribit Cicero, Plinius, & A.
Act. noc. cap. 7. lib. 9. Gellius: profectò de uero Solstitiorum, atque Aequinoctiorum die non laboraremus.

De

De Cyclo solari Anni innouati. Cap. IX.

CVM autem Beatiss. Pater in hac nostra Anni correctionē, & noua eius forma necessariò annorum bissextiliū ordo immutandus fuerit; ut Aequinoctium in suam sedem restitutum in eadem facile teneretur, quod est ex Tabula in Cap. 6. exarata uidere: necesse est, cycli quoque solaris, hoc est Literarum Dominicalium ordinem immutari, & singulis 29. annis peractis innouari. qui quidem eum septies uariari contingat, Septem quoque Annos magnos circuit; hoc est, annos 203. solares; quibus expletis, ad idem principium, à quo ortum habuerat, redibit. Cum enim Literę dominicales sint tantummodo Septem; & quolibet quadriennio, iuxta ueteris anni formam, ob diem bissextilem intercalandum, mutentur: annis 28. tantùm seruient, quando Septenarius per quaternarium multiplicatus, 28. efficit. Nunc uero Pater Beatiss. iuxta formam anni innouati necesse est seruiant annis 203. ob transpositionem Bissexti septimi ab anno 28. in 29. cuius rei causa cum ipsarum literarum ordo à prima forma uarietur, hæc uarietas inuenitur usque ad annum 203. protendi. Nam, cum Vigintiduæ literæ Dominicales simplices 22. annis communibus: septem uerò duplatæ septem annis bissextilibus seruiāt: si 29. qui est numerus annorum Anni magni; per 7. qui est numerus literarum Dominicalium, multiplicabitur; prouenient 203. Quam ob rem dicimus, Cyclum solarem Septem annos magnos, hoc est, 154. annos communes, ac 49. bissextiles, qui simul iuncti faciunt 203. continere: non, quia in eo Sol, spatio huius tēporis finiat cursum suum, orbem signiferi, idest circulum proprium permeādo, sed quia in annis prefatis omnis diuersitas in ordine, quæ septē literarum dominicalium in annis communibus & bissextilibus potest accidere, terminatur. Et ut manifestè hoc appareat, singulos Annos magnos, ac totum cyclum solarem duximus describen-

 dum:

Cyclus solaris Septem Annos magnos, hoc est, annos 203. circumiens ab Anno Salutis 1581. atque litera Dominicali A. eo anno currente incipiens.

Numeri annorum cycli, & cuiuscunque Anni magni.		Literę dominicales.	Numeri annorum cycli.	Literę dominicales.	Numeri annorum cycli.	Literę dominicales.	Numeri annorum cycli.	Literę dominicales.	Numeri annorum cycli.	Literę dominicales.	Numeri annorum cycli.	Literę dominicales.	Numeri annorum cycli	Literę dominicales.
	1.	A.	30.	G.	59.	F.	88.	E.	117.	D.	146.	C.	175.	B.
	2.	G.	31.	F.	60.	E.	89.	D.	118.	C.	147.	B.	176.	A.
	3.	F.	32.	E.	61.	D.	90.	C.	119.	B.	148.	A.	177.	G.
Bissex.	4.	E. D.	33.	D. C.	62.	C. B.	91.	B. A.	120.	A. G.	149.	G. F.	178.	F. E.
1.	5.	C.	34.	B.	63.	A.	92.	G.	121.	F.	150.	E.	179.	D.
	6.	B.	35.	A.	64.	G.	93.	F.	122.	E.	151.	D.	180.	C.
	7.	A.	36.	G.	65.	F.	94.	E.	123.	D.	152.	C.	181.	B.
Bissex.	8.	G. F.	37.	F. E.	66.	E. D.	95.	D. C.	124.	C. B.	153.	B. A.	182.	A. G.
2.	9.	E.	38.	D.	67.	C.	96.	B.	125.	A.	154.	G.	183.	F.
	10.	D.	39.	C.	68.	B.	97.	A.	126.	G.	155.	F.	184.	E.
	11.	C.	40.	B.	69.	A.	98.	G.	127.	F.	156.	E.	185.	D.
Bissex.	12.	B. A.	41.	A. G.	70.	G. F.	99.	F. E.	128.	E. D.	157.	D. C.	186.	C. B.
3.	13.	G.	42.	F.	71.	E.	100.	D.	129.	C.	158.	B.	187.	A.
	14.	F.	43.	E.	72.	D.	101.	C.	130.	B.	159.	A.	188.	G.
	15.	E.	44.	D.	73.	C.	102.	B.	131.	A.	160.	G.	189.	F.
Bissex.	16.	D. C.	45.	C. B.	74.	B. A.	103.	A. G.	132.	G. F.	161.	F. E.	190.	E. D.
4	17.	B.	46.	A	75.	G.	104.	F.	133.	E.	162.	D.	191.	C.
	18.	A.	47.	G.	76.	F.	105.	E.	134.	D.	163.	C.	192.	B.
	19.	G.	48.	F.	77.	E.	106.	D.	135.	C.	164.	B	193.	A.
Bissex.	20.	F. E.	49.	E. D.	78.	D. C.	107.	C. B.	136.	B. A.	165.	A. G.	194.	G. F.
5.	21.	D.	50.	C.	79.	B.	108.	A.	137.	G.	166.	F.	195.	E.
	22.	C.	51.	B.	80.	A	109.	G.	138.	F.	167.	E.	196.	D.
	23.	B.	52.	A.	81.	G.	110.	F.	139.	E.	168.	D.	197.	C.
Bissex.	24.	A. G.	53.	G. F.	82.	F. E.	111.	E. D.	140.	D. C	169.	C. B.	198.	B. A.
6	25.	F.	54.	E.	83.	D.	112.	C	141.	B.	170.	A.	199.	G.
	26.	E.	55.	D.	84.	C.	113.	B.	142.	A.	171.	G.	200.	F.
	27.	D.	56.	C.	85.	B.	114.	A.	143.	G.	172.	F.	201.	E.
	28.	C.	57.	B	86.	A.	115.	G	144.	F.	173.	E.	202.	D.
Bissex.	29.	B. A.	58.	A. G.	87.	G. F.	116.	F. E.	145.	E. D.	174.	D. C.	203.	C. B.
tus Aequationis, atque Primi Anni magni finis.			Secundi Anni magni finis.		Tertij Anni magni finis.		Quarti Anni magni finis.		Quinti Anni magni finis.		Sexti Anni magni finis.		Septimi Anni magni finis.	

dum: quorum Primus, ab Anno Domini 1581. uenturo incipiet, duraturus ad annum 1610. Secundus, usque ad annũ 1639. Tertius, usque ad 1668. Quartus, usque ad 1697. Quintus usque ad annum 1726. Sextus, usque ad annum 1755. Septimus, & ultimus, usque ad 1784. ad quem, cum sit Annus primus Anni magni, repetendi cycli causa erit reuertendum; ac ordinatim, ut prius, ad alios per totum cyclum; ut ratio huius emendationis, siue innouationis expostulat procedẽdum. Huic cyclo alium quoque ferè similem composuit eruditissimus Paulus Clarantes Intermnas, annis 175. constantem: uerùm & aliam anni, & aliam Bissextorum est sequutus rationem; cum Annum 175. pro memorabili anni Iobilei principio accommodet. Est tamen sciendũ, ubicunque literæ cycli simplices inuentæ fuerint, tunc Annos esse communes; literæ uero duplatæ ostendent Annos, quibus fuerint appositæ, esse Bissextiles, & tunc litera prior, ut antea, seruiet illi anno ab initio mensis Ianuarij, usque ad Sex. Cal. Martii, id est, ad 24. diem Februarij; pro litera dominicali; sequens autẽ pro eadem litera seruiet reliquo anni tempori, usque ad Cal. Ianuarij: quod quidem erit seruandum in reliquis annis futuris. Præterea notandum est, quòd à principio cycli usque ad eius finem, singulis annis tam cõmunibus, quàm bissextilibus ante præfatas literas dominicales numerum annorum cycli posuimus: quorum primũ, quę est Vnitas, literæ A adscripsimus, in primo loco Anni primi magni, quo numero hæc litera cognoscitur huius cycli anno primo deseruire, quemadmodum Binarius in secundo loco, literæ G. appositus docet, eam sequenti anno, hoc est, Secundo anno præfati cycli seruituram: quod item erit dicendum de reliquis, donec cyclus totus ad numerum 203. cui literæ dominicales C & B. appositæ sunt, protrahatur. Verum, in sinistra parte Tabulæ ante numeros cycli seriem naturalem numerorum apposuimus, cuilibet Anno magno seruientium, ab Vnitate, usque ad 29. Si tamen alicui

scire

ſcire libuerit Literam cuiuſcunque Anni uenturi, Dominicis diebus ſeruituram; opus eſt illi, prius ſcire Vnitatem, in principio cycli poſitam, è regione literæ A. anno 1581. primo poſt correctionem Anni, ſiue Calendarij, quam ſupponimus fieri ſequenti anno Domini 1580. deſeruire, & literã A eſſe literam dominicalem anni iſtius, & G. binario coniunctam, eam eſſe, quæ Anno 1582. ſeruiet: quod etiam intelligendum eſt de ſequentibus. Si igitur quis addiſcere uoluerit currẽtem literam dominicalem Calendarij cuiuslibet anni innouati futuri; demat prius de numero Annorum Chriſti propoſitorum annos 1580. expletos, & productum diuidat per numerum annorum cycli; hoc eſt, per 203. & prouenicns numerus oſtendet, quot cycli iam præterierint, poſt præfatam correctionem; Reſiduum uerò demonſtrabit Annum in ordine ſequentis Anni magni; cui appoſita erit quæſita litera dominicalis: quod Reſiduum, ſi diuidetur per numerum Anni magni, id eſt per 29. numerus, qui prodibit, oſtendet, tot annos magnos cycli ſolaris currentis tranſiiſſe; & quod reliquum fuerit, erit numerus annorum ſequentis Anni magni, & Litera ei appoſita, erit quæſita litera dominicalis. Volo igitur ſcire propoſiti anni Domini 1866. literam dominicalem: ſubtraho primùm de numero 1866. annos 1580. & relinquitur 286. qui eſt numerus annorum tranſactorum ab anno primo correctionis Calendarij; uſque ad annos 1866. propoſitos; quem numerum 286. diuido per 203. qui eſt numerus cycli ſolaris, & prouenit Vnitas, & relinquitur 83. Verùm, cum Vnitas oſtendat Cyclum ſolarem iam ſemel præteriiſſe: numerus 83. erit numerus annorum ſecundi cycli, qui diuidendus eſt per 29. qui eſt numerus annorum Anni magni, & naſcetur 2. cum reſiduo 25. Quam obrem dicendum eſt, 2. oſtendere iam duos Annos magnos trãſiiſſe; & 25. eſſe annum Vigeſimumquintum tertij Anni magni, cui appoſita eſt litera D. quam dico eſſe literam ſeruientem propoſito anno 1866. pro ut oſtendit numerus cycli 83.

&

& quemadmodum quærebatur. Quæ ratio inueniendi literas dominicales si perpetuò obseruabitur, timendum non est, quin facilè & uerè ad illius inuentionem semper perueniatur.

De Cyclo solari Anni veteris. Cap. X.

SED quia de Cyclo solari Anni innouati Beatiss. Pater, satis copiosè adhuc tractauimus: nō erit inutile, etiam de Cyclo solari anni ueteris aliquid dicere. Non enim meum est propositum, eum uelle destruere, sed potius confirmare: ut non solum Tabellionibus, & Mercatoribus, uerum etiam cuiuscunque ordinis hominibus deseruiat; & cùm posthac scire uoluerint Anni ueteris rationes, possint in suis computis, ac in temporum supputationibus eo uti. Constat enim Solaris cyclus anni ueteris annis 28. solaribus. si quidem, cum literæ hebdomadarum sint Septem tantum; ac in Bissexto, qui fit per omnes ferias, & singulis quatuor annis diei dominico duæ literæ seruiant: ob mutationem ordinis literarum propter Bissextum, ut alia ommittam, nascitur uarietas literarum per 28. annos: atque ita si 7. per 4. multiplicetur, elicitur numerus 28. quo numero ordine peracto atque completo, redeundum est circulatim ad principium ipsius cycli. Per huius ergo cycli numeros Literas dominicales agnoscimus. namque indicat uicissim annis singulis diem, quo Saluator noster spoliatis inferis, à mortuis tertia die resurrexit, cum ante Christi resurrectionem, Feriales, siue Solares uocarentur. quas quidem literas sub solari Cyclo ab anno tertio Imperii C. Iulij Cæsaris, quando Annum correxit, aptauimus: quod etiam fecimus in Tractatu de Vero die mortis Christi, ut ordinatim Annis ueteribus, siue usualibus deseruirent: ueluti in sequēti exemplo cuiuis uidere licet. Verum, si quis cupiat scire, quotus sit numerus huiusmodi cycli in quolibet

anno

Cyclus solaris Anni ueteris à C. Iulio Cæsare, Anno eius Imperij tertio, & Correctionis Calendarij ante Christi ortum Anno XLV.

Numeri Cycli.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.	22.	23.	24.	25.	26.	27.	28.
Literæ dominicales.	C. B.	A.	G.	F.	E. D.	C.	B.	A.	G. F.	E.	D.	C.	B. A.	G.	F.	E.	D. C.	B.	A.	G.	F. E.	D.	C.	B.	A. G.	F.	E.	D.

anno ueteri; tam præterito, quàm uenturo: addat prius anno proposito, uel Annos 45. qui fluxerunt à Tertio Imperii C. Iulii Cæsaris anno, in quo Calendarium correxit, usque ad Annum 43. Imperii Augusti, in quo natus est Saluator mundi: uel Annos 17. cum Christi natiuitas fuerit anno 17. Cycli solaris, iam semel peracti; & productum partiatur per 28. & quod superest, erit numerus anni requisiti; Quotiens uero ostendet, tot reuolutiones huiusmodi cycli à Cæsare, uel à Christi ortu, usque ad annum propositum pertransisse; sin nihil superfuerit, ultimus cycli numerus, hoc est 28. accipiendus erit pro anno requisito. Si igitur quispiam scire uoluerit numerum transactorum cyclorum à Cæsare; & quotus sit numerus cycli currentis: addat prius numero 1580. annorum Christi annos 45. & proueniet 1625. qui numerus est diuidendus per 28. & prodibit quotiens 58. qui indicabit, tot uices ab anni correctione per Cæsarem facta præfatum cyclum pertransisse; & Vnitas, quæ superest, denotabit annum 1580. esse primum huiusmodi cycli, & bissextilē; & literas primæ feriæ, siue Dominicæ esse C & B. ut in supra posita tabella est uidere. Simili quoque modo inueniet numerum transactorum cyclorum à Christi natiuitate, & numerum cycli currētis anni, si quidem additis annis 17. ad 1580. & diuiso producto per 28. proueniet Quotiens 67. denotans tot cyclos post Cæsaris correctionem iam præterijsse: & Vnitas, quæ superest, indicabit propositum annum 1580. esse primum huius cycli & Bissextilem; & C & B. esse literas dominicales. Quæ cum ita sint Beatiss. Pater, non obscurè dignosci potest quantopere huic negotio de corrigendo Anno

no diuina prouidentia faueat. Quando enim Cæsar correxit Annum tunc primus, numerus huius cycli erat Vnitas, qui numerus etiam nũc primus ipsius cycli sub tua correctione, quam supponimus fore anno Domini sequenti 1580. cadet. In Anno Cæsariano literæ primæ feriæ erant C & B. uel saltẽ B ut in præfato Tractatu ostendimus: in Gregoriano similiter, qui post reformationem à tuo nomine suum ducet, literæ dominicales erunt C & B. Et quemadmodum Annus, Satur. 1. ille, quem confusionis appellarunt, ob intercalationem dierum 78. à Cæsare factam, ut refert Macrobius, Bissextilis quo cap. 14. dammodo dici poterat, cum in eo sublata fuerit antenata annorum confusio, & omnia æquata: sic Annus præfatus, cum Cæsariano respondeat tam in forma anni bissextilis, quã in numero cycli, ac literarum dominicalium, Rationis, siue Adæquationis annus dici poterit. Vt igitur omnia quadam harmonia sibi inuicem correspondeant: arbitratus sum, nõ esse ab re, si Anno uenturo 1581. qui erit (ut spero) primus post Anni, uel Calendarii emendationem, Vnitas principio cycli solaris, nec non Cycli lunaris in nouo Calendario deseruiat: quemadmodum etiam Cæsarem fecisse legimus primo Anno suæ correctionis, ad coniunctiones & oppositiones luminarium ostendendas.

Cyclus solaris anni ueteris quo nam pacto Anno innouato accommodari possit. Cap. XI.


SANè introductio nouæ formæ Cycli solaris in annum innouatum, annos 203. complectentis, fortasse absurda esse (quod tamen non est) cuippiam uideri potest, Beatiss. Pater, propterea quòd San. Rom. Ecclesia cyclo annorum 28. semper sit usa, in quo quælibet literarum dominicalium cunctas in eo uarietates, quæ possunt occurrere, comprehendat; & ob id ea minimè complectenda esse: ego, qui omnibus quibuscunque rebus possum, satisfacere cupio, ostendam, antequam ulterius pro-

 cedam,

cedam, quonam pacto Cyclus iste in usum anni innouati induci possit. Cum ad stabiliendum Aequinoctij sedem demẽdus sit dies unus de Anno maximo, eo pacto, ut supra ostendimus: necesse est Solarem cyclum hanc ob causam pati aliquid incommodi: ita ut literæ dominicales in Calendario ad scriptæ ad ostendendos dies dominicos, quadam confusione perturbentur. siquidem, cum Annus 28. anni Magni solaris iuxta ordinem annorum bissextilium bissextilis esse deberet, & secundum Regulam superius datam Bissextus transeat, opus sit in annum sequentem, hoc est in 29. cum ad prefatum annum 28. huius cycli peruentum fuerit, ut literas anni sequentis bissextilis, sine errore habeamus, necesse erit in eo cyclo literam dominicalem similem literæ currentis anni 28. quæ sit ante literas sequentis anni bissextilis inuenire: qua inuenta, & anno bissextili transacto, ordo literarum dominicalium erit prosequendus, & alter Annus magnus, siue cyclus incipiendus, à litera statim sequente Annum bissextilem æquationis: & sic in singulis annis uenturis faciendum erit, ut propositum consequatur. Et quamuis huius cycli ratio uideatur satis esse difficilis: nihilominus dedi operam, ut tota hæc difficultas auferatur. Quam ob rem, sequentem cyclum, in tres partes, siue in tres orbes, aut rotulas distinctum elaboraui: quarum primam tanquam stabile fundamentum cæterarum constitui, ac eius marginem in 28. partes diuisi, ut in eis numeri annorum cycli ueteris possint collocari; quam supra alteram deinde rotulam mobilem posui, in tres ordines distinctã: quorum duo primi propè eius circunferentiam Literas dominicales, seruientes tam annis communibus, quàm bissextilibus complectuntur. Verum in tertio ordine annos 28. & 29. annotaui, in quos transferendus est literarum dominicalium ordo, pro Bissextis æquationis habendis in fine cuiuscunque Anni magni solaris, ut ratio annorum innouatorum postulat; præsertim cum literæ dominicales in præfatis duobus ordinibus non sint nisi 29.


&


PRO BISSEXTO
ÆQVATIONIS


Principium pri
mi Anni
magni
magni
finis.
·I·

&

& Cyclus solaris anni innouati annos 28. per singulos annos magnos: qui septem sunt; quorum quisque 22. annos communes, ut alias diximus, ac 7. bissextiles continet; & spaciũ annorum 203. conficiunt. Super hanc rotulam etiam tertiã mobilem rotulam addidimus, cui duo Indices sunt affixi,



quò opus fuerit circunducendi: quorum alter ostendet annuatim Literas dominicales Anni instantis præfati cycli; alter uerò, cum ille prior ad Vigesimumoctauum annum currentis anni magni peruenerit, demonstrabit eundem 28. annum, qui erit ante annum bissextilem æquationis. Vt autem

istius Cycli in promptu ratio simul, atque exemplum habeatur: ad eius praxim me conferam. Cũ Annus Domini 1581. futurus sit (ut credimus) primus post Annum correctionis Calendarii, & principium primi Anni magni; & litera dominicalis A. collocata in secunda rotula sit in huiusmodi Anni principio: primùm uoluenda est rotula secunda, & litera A. collocanda sub Vnitate, quæ est Anni primi nota, in prima rotula adscripta; deinde ducendus est Index literarum dominicalium affixus tertiæ rotulæ, sub signum ✠. in maiori rotula adscriptum, ita ut ostendat huiusmodi literam A. seruire anno Primo huius cycli, Vnitate notato. Verum secunda rotula, super prima sic collocata per totum Annum magnum solarem stabilis permanere debet. transacto uerò Anno primo huius cycli, deducendus erit Index literarum pro Secundi anni litera habenda, ad sequentem numerum & literam, ita ut simul demonstret numerum anni sequentis, qui erit 2. in prima rotula collocatus, & sequentem literam dominicalem G. in secunda rotula: atque hoc quidem pacto singulis annis cyclus erit peragendus, donec ad annum 28. perueniatur: sub quo annorum numero reperiuntur duæ literæ bissextiles, uidelicet, C & B. Anno bissextili communi seruientes. Veruntamen cum huiusmodi Bissextus transferendus sit in sequentem annum, ut per Regulã datam fiat Bissextus Aequationis: ideò, cum litera prima bissextilis currat C. opus est, ea relicta, loco præfatæ literæ C. accipere aliam C. ab indice Bissexti æquationis ostensam; & numero anni 28. signatam, ad quam literam statim ducendus est Index literarum dominicalium, cum quo postea ueniendum est ad sequentem annum bissextilem æquationis, ipso 28. trãsacto, & ostẽdet literas ipsius anni currentes, quæ B & A erunt Primi anni magni finis. Et hoc pacto decursus totius primi Anni magni solaris in Anno innouato, ueteri cyclo solari poterit accommodari. Verum enim uerò pro Secundo anno magno habendo, tam Index literarum, quàm principium Secundi

anni

anni præfati, in secunda rotula accommodatum, ducendi sunt sub signum ✠. ita ut litera G. perpendiculariter sub Vnitate accommodetur. deinde, quod in priore Anno magno obseruatum fuit, etiam in hoc secundo seruetur; & nullo penè labore ratio totius Secundi anni habebitur. quod si in cæteris quoque obseruabitur, nostrum propositum consequemur. Si quis etiam scire cupiet alicuius Anni Domini currentis, post Calendarij, siue Anni innouationem literam dominicalem, eidem Anno seruientem, atque numerum annorum Cycli: demat prius numerum annorum 1580. de numero anni propositi, & quod proueniet, diuidatur per 29. & numerus Quotiens ostendet tot cyclos ab Anno correctionis, Calendarij 1580. iam transijsse; residuum uero ostendet Annum instantem præfati cycli, qui quæritur; literæ dominicali coniunctum. Exempli gratia: si quis uellet discere Literam dominicalem Anni Domini 1684. subtrahat prius de hoc numero annorum numerum 1580. & proueniet 104. postea diuidat 104. per 29. & proueniet 3. cui superabundauit 17. Dico 3. ostendere iam ter hunc cyclum præteriisse; & 17. indicare annum Decimumseptimum quarti anni magni, siue huiusmodi Quarti cycli solaris, quo facto, ut ratio de reliquis annis sequentibus etiam habeatur: inueniendum est principium anni quarti in secunda rotula, quod est in litera E. quę litera reducenda est sub Vnitate apud signum ✠. in prima rotula; & duabus istis rotulis immobilibus permanentibus, inueniendus est Annus 17. in margine primæ rotulæ adscriptus, sub quo inuenietur etiam litera F. quam literam dicimus esse literam dominicalem propositi anni 1684. Porrò, si numerus superabundans esset 28. uel 29. tunc ducendus erit Index literarum dominicalium ad annum 28. huius cycli, & tunc Index anni bissextilis æquationis ostendet literas dominicales prosequendas in futuris duobus annis, uidelicet 28. & 29. bissextili anni Domini propositi: ad quas ducendus est statim; ut supra; Index literarum dominicalium, qui demonstrabit

monstrabit post Annum ipsum 28. peractum literas, quæ erunt sequentis 29. anni bissextilis. Et ita circa hoc factum semper procedendum erit.

De Anno lunari, de'que Aureo numero, siue lunari cyclo, ac de eius instabilitate, & officio. Cap. XII.

POSTEAQVAM de Anno solari, atque de eius cyclo, & quo nam pacto Aequinoctium in Calendario esset stabiliendum, deque eius inuẽtione in quolibet anno satis multa uerba fecimus Pater Beatiss. de Anno lunari hoc loco nonnihil dicendum arbitror. nam, cum ad similitudinem Anni romani Menses stabiles, & ad Solis cursum accommodatos non habeat, sed solummodo per menstruas lunationes, quæ haudquaquam firmam habẽt sedem ipsi computentur: hinc factum est, ut huiusmodi Annus in Calendario Romano non possit fixum habere principium. Veruntamen, quia Festa, quæ Mobilia uocantur; iuxta Lunæ progressum singulis annis sub certis diebus hebdomadæ, atque solarium mensium celebrantur; propriaque loca annuatim mutare uidentur: sat erit nosce S. Pasca resurrectionis, quod est sanè huiusmodi festorum origo & caput, quo nam mense, & ipsius mensis die erit celebrandum. Nam cæteræ solennitates quo tempore sint colendæ, à die S. Pascæ, quæ ex S. Ecclesiæ institutione, Dominica, statim sequẽte lunam Quartãdecimam, post uernum Aequinoctium semper celebrari solet, agnoscetur. Verum non sine causa diximus, Dominica, statim sequente lunam Quartamdecimam post uernum Aequinoctium, cum ex decreto Sacræ synodi Nicenæ constet, si Dominica in diem Quartamdecimam inciderit, tunc præfatum diem sanctum in alteram statim sequentem Dominicam esse transferendum. Quonam uero pacto hic dies sit inueniendus, paulò post dicemus. Sed notandum est, hanc difficultatem inueniendi S. Diem Pascatis,

non

non solum consistere in cognitione ueri diei, in quo suam se dem habet Aequinoctium, uerum etiam, quod est maximè in hac re considerandum, in lunæ Quartædecimæ inuentione: hinc enim tota pendet difficultas. sed ad hanc inuentionem duobus præcipuè modis peruenimus, quorum Primus est per ueras luminarium oppositiones, ostensas in Calendario per numeros cycli lunaris, quos in eo adscripsimus; alter per Aurei numeri, in Calendario accommodati eo modo, quo semper usa est S. Rom. Ecclesia, indagationem. Aequinoctij sedem supra iam ostendimus, quo nam pacto facilius quotannis inueniatur: seruata Regula de ingressu Solis in primum Arietis gradum, quam Cap. *6.* 7. ac 8. ostendimus. Eo autem cognito, statim inuenienda est luminarium oppositio aut ex Ephemeridibus, ad multos annos rectè computatis, aut à Numeris cycli lunaris, quod idem est, quos iuxta ueram supputationem annorum *19.* in Calendario annotauimus: aut etiam à præfato Aureo numero, sub certis diebus in Calendario affixo: de quo dicendum est quid sit, & de eius officio, ac de eius instabilitate, antequam ulterius progrediamur. Quantum ad primum, sciendum est Pater Beatiss. quòd, cum omnes Christiani iuxta Ecclesiæ decretum, diuino innixæ præcepto de S. Pascate celebrando teneantur à Quartodecimo die, eo excluso, usque ad Vigesimum primum diem mensis Primi inclusum, ac inter cætera ad hoc ritè efficiendum, necesse sit, tam ad Aequinoctium inueniendum, quàm ad Nouilunia ostendenda, in Calendario dies certos, ac statos habere, ut eorum adminiculo S. Dies Pascæ inueniri possit: placuit priscis illis Patribus, uestigiis C. Iulii Cæsaris circa Anni innouationem inhærentibus, Cyclum lunarem, siue Decemnouenalem, siue Aurei numeri in Calendario adscribere, quod fuit inuentum Metonis Atheniensis, qui floruit Olympiade *86.* ante Alexandri mortem uno seculo, Socratis ferè contemporaneus: quo quidem usus est Cæsar. qui cum primum solarem Annum instituisset (ut de eius ratio-

ratione aliquid loquar) à prima lunatione incępit, post hiemale Solstitium, à quo omnes lunationes in posterum computauit, quam è regione primi diei Ianuarii Vnitate signauit. Significabat enim Vnitas, tunc temporis Solis ac Lunæ congressum, iuxta medium cursum, eodem die futuram. si quidem Luminarium coniunctio eo fuit die Hor. 7. cum mi. 6. sec. 35. à meridie urbis Romæ, secundum Romanorum cõsuetudinem: qui diem suum ciuilem à media nocte computabant, quod etiam à S. Ecclesia Rom. in aliquibus obseruatur. Cum uero sequens lunatio fuisset die 30. eiusdem mẽsis completo, ho. 19. mi. 5. sec. 38. uidelicet, die 31. hora ferè quarta ante meridiem; primæ lunationi dies 30. Cæsar tribuit, atque è regione diei 31. Ianuarij, Vnitatem simili modo annotauit: sequenti uerò lunationi dies 29. accommodauit. Quapropter accidit, ut dies Lunæ in Calendario hoc modo sint mensibus distributi: Febrario, uidelicet, Martio, Aprili, Iunio, Augusto, Octobri, atque Decembri dies 30. Ianuario autem Maio, Iulio, Septembri, & Nouembri, dies 29. habita semper ratione Embolismorum. hoc pacto Solis & Lunæ conuentiones notans, numerum Decemnouem annorum eis aptauit: quod spatium Cyclum lunarem, siue decemnouenalem; eo quod Decem & nouem annos solares complectitur, uocauit. Arbitrabantur enim prisci illi Patres, huiusmodi annorum spatio Lunam ad pristinam reuerti positionem, ac cum Sole in eodem puncto rursus coniungi. quod cum postea secus esse compertum sit, necesse est fateri, Numeros aureos in Calendario adscriptos spatio quodam temporis sedem suam mutare, atque hoc pacto Calendariũ inutile fieri, ad hæc omnia ritè inuenienda, nisi illud aliquo modo reparetur. Porrò quemlibet istorum 19. numerorum Aureum numerum uocarunt, cuius officium fuisse deprchendimus, Coniunctiones & Oppositiones luminarium in Calendario indicare. Non est tamen credendum, Cæsarem eos numeros, quos nunc in Calendario nostro usuali adscribi-

mus

mus ita suo Calendario affixisse, cum ex Calendario Alexandrinorum nostri fuerint extracti, sed alios, qui iam ab usu recesserunt; quibus in primordiis ecclesiæ Christiani, qui tunc temporis Rom. Imperio subiecti erant; Latini præsertim, usi sunt pro Pascæ celebratione usque ad S. Synodum Nicenam: in qua Alexandrinorũ, post Quartamdecimam hæresis extinctionem, occasione sumpta, nouum Cyclum decemnouenalem diuersimodè suo Calendario adiunxere. Quia igitur cyclus Alexandrinorum à Latinorum cyclo in aliquo differebat: accidit, ut inter hos duos populos de celebratione Pascæ non paruæ dissensiones suborirentur, quæ usque ad Imperatoris Iustiniani tempora perdurarunt. Verùm Anno Domini 532. quidam uir, tunc temporis doctissimus, nomine Dionysius, Abbas romanus, Exiguus appellatus, doctrinam Alexandrinorum de cyclo approbãs cuiusdã Theophyli Aureum numerum, pro Quartædecimæ lunæ inuentione, ac S. Pascæ celebratione, Calendario Romano, quo usque adhæc tempora usa est Ecclesia catholica, adscribens; temporũ supputationem ad Annum incarnationis D. N. Iesu Christi reduxit. Et quamuis ea ætate Aurei isti numeri motui cœlesti, ac luminarium cursui congruerent: fieri tamen non potuit, quin longo tempore post à recta uia aberrarint; ac Solis Lunæque cursus sedem in Calendario instabilem (ut diximus) habuerint, ut omnibus Astronomicam disciplinam profitentibus manifestum esse potest. Nam iuxta eam quantitatem, quam in hac parte sequimur de Lunationum anticipatione, deprehenditur Congressiones & Oppositiones luminarium, post annorum 19. spatium, anticipationem Horæ unius, mi. 28. sec. 2. tert. 4. cum $\frac{19}{38}$ facere. Interuallo uerò Annorum 310. Diei ferè unius, hoc est, Horarum 23. mi. 56. sec. 21. ter. 13. cum $\frac{16}{38}$. non autem Vnius diei integri: ut quidam opinati sunt. Nam Dies integer maius requirit interuallũ, quàm 310. annorum, ut puta 310. annorum, mensium 9. atque unius mensis $\frac{1730167}{4014377}$. quod quidem hoc pacto ostendemus.

L Suppo-

Supposita igitur prius huius antecessionis quantitate, scilicet Horæ unius, mi. 28. se. 2. ter. 4. ac $\frac{19}{38}$ quæ fit in Nouiluniis singulis 19. annis: posteà facilè erit cognoscere, per Auream regulam, quantitatem antecessionis, quæ requiritur ad quantitatem Diei integri, in huiusmodi anticipatione. Quamobrem, si Anticipatio Horæ unius cũ reliquis horæ partibus supra ostensis fit spatio Annorum 19. Anticipatio ho. 24. quæ diem integrum efficiũt, quantum spatium annorũ præstabit?

```
          60
Anticipatio horæ. 1. mi. 28. sec. 2. ter. 4. 19/38.    Anni. 19. Horæ. 24.
        mi. 88.                                                      60
             60                                              mi. 1440
      sec. 52 82                                                   60
              60                                           sec. 86400
    ter. 3 1 6 9 24                                                60
                38                                       ter. 5184000
                          00 47 3                                  38
     2 5 3 5 3 9 2    0 * 2 9 9 0 7 7 9      Anni.            4147200
     9 5 0 7 7 2      8 7 4 2 8 4 8 0 0 0  | 310.            15552000
               1 9    * 2 0 4 8 * 8 * *                     196992000
   1 2 0 4 3 1 3 1     * 2 0 4 8 * 8                              19
                                                           1772928000
                             menses.                        196992000
      0 0 5 3 4 0 5 0 1                                    3742848000
    * * 8 7 7 2 8 6 8 0  | 9 1780167/4014377.
      * 2 0 4 8 * 8 *
```

Ad eliciendam igitur huiusmodi rei ueritatem, omnibus prius æquatis, ut decet, Numeri 19. annorum ducentur in quantitatem Hor. 24. & quod ex hoc ducto prouenerit, per præfatam quantitatem Ho. 1. mi. 28. sec. 2. ter. 4. & $\frac{19}{38}$ erit diuidendum, & elicientur Anni 310. menses 9. atque mensis

unius

Tabula Anticipationum Nouiluniorum in quolibet Anno.

ANNI	DIES	DIEI PARTES.				
		Hor.	min.	secũ.	tert.	38.
1	0	0	4	38	0	9
2	0	0	9	16	0	18
3	0	0	13	54	0	27
4	0	0	18	32	0	36
5	0	0	23	10	1	7
6	0	0	27	48	1	16
7	0	0	32	26	1	25
8	0	0	37	4	1	34
9	0	0	41	42	2	5
10	0	0	46	20	2	14
20	0	1	32	40	4	28
30	0	2	19	0	7	4
40	0	3	5	20	9	18
50	0	3	51	40	11	32
60	0	4	38	0	14	8
70	0	5	24	20	16	22
80	0	6	10	40	18	36
90	0	6	57	0	21	12
100	0	7	43	20	23	26
200	0	15	26	40	47	14
300	0	23	10	1	11	2
400	1	6	53	21	34	28
500	1	14	36	41	58	16
600	1	22	20	2	22	4
700	2	6	3	22	45	30
800	2	13	46	47	9	18
900	2	21	30	3	33	6
1000	3	5	13	23	56	32
2000	6	10	26	47	53	26
3000	9	15	40	11	50	20
4000	12	20	53	35	47	14
5000	16	2	6	59	44	8

unius $\frac{1780167.}{4014377.}$ iuxta propositum: ut in exemplo apparet. Verum, cũ huiusmodi spatium ultra Annum per menses nouem & amplius à Radice lunationum transgrediatur; cumque ad rem nostram nihil pertineat: ideò accipienda est illa Anticipatio, quæ propius ad præfatam Radicem accedit, & non pertransit spatium Annorum 310. quãuis in hoc temporis interuallo solummodo Hor. 23. min. 56. sec. 21. ter. 13. ac $\frac{16.}{38.}$ & non integrum diem, perficiat, atque à diei integri quantitate, deficiant mi. 3. sec. 38. tert. 46. & $\frac{22.}{38.}$ quæ quidem Horarum quantitas, sequentis Tabulæ auxilio, quam cõfecimus ad cognoscendam singulis annis quantitatem anticipationum Nouiluniorũ, hoc modo addiscetur. Si quantitas annorum, 300. quæ est Hor. 23. mi. 10. secun. 1. ter. 11. & $\frac{2.}{38.}$ seorsum accipiatur, ac

L 2 in

in tabella ſupputatoria deſcribatur: item quantitas Annorum 10. quæ eſt mi.46.ſec.20.ter.2. cum $\frac{14}{38}$. ac tandem omnia in unum colligantur, prouenient ſanè Hor.23.mi.56.ſe. 21. ter. 13. ac $\frac{16}{38}$ quæ à perfecta diei quantitate per min. 3. ſec. 38.ter. 46. & $\frac{22}{38}$ ſpatio Annorum 310. ut diximus, deficiunt: quod in ſequenti exemplo apparet.

EXEMPLVM.

Pro Annis 300.	Hor. 23.mi. 10. ſec. 1. ter. 11. $\frac{2}{38}$.
Pro Annis 10.	Hor. 0. mi. 46. ſec. 20. ter. 2. $\frac{14}{38}$.
Pro Annis 310.	Hor. 23.mi. 56. ſec. 21. ter. 13. $\frac{16}{38}$.
Diei integri reſiduũ.	Hor. 0. mi. 3. ſec. 38. ter. 46. $\frac{22}{38}$.
Integri diei quantitas.	Hor. 24. mi. 0. ſec. 0. rer. 0. $\frac{0}{38}$.

Quam ob rem dicendum erit, poſt Annos 310. Lunationes per Horas 23.mi.56.ſec.21. ter. 15.ac $\frac{16}{38}$. uerſus principium ſuorum menſium ab Radice procedere, ut erat oſtendendũ. ac Numeros cycli lunaris in Calẽdario affixos inualidos reddi ad huiuſmodi Lunationes rectè demonſtrandas. Quod cũ ita ſit, prouidendum eſt, ne, ſi præfati numeri in propriis locis, ubi adſcripti ſunt, permaneant, in futuris nouiluniis inquirẽdis aliquis error contingat. Cum igitur Congreſſiones & Oppoſitiones luminarium ſpatio Annorum 310. (quemadmodum oſtendimus) per diem penè integrum uerſus principium menſis anticipent: huiuſq; anticipationis cauſa Dies ſit intercalandus, ſed non eo pacto, quo per Biſſextum intercalatur: deprehenduntur Numeri cycli lunaris, cum à ſuis ſedibus minimè ammoueri poſſint, cum ipſis lunationibus nõ conuenire: quod item fit, quando Dies unus ſpatio Annorũ 116. propter obſirmationẽ Aequinoctij amittitur: quia tũc ipſæ Lunationes (eo pacto, quo oſtendemus) per diem integrum uerſus finem menſis, relictis poſt ſe Numeris cycli, remeare uidentur. Huic autem uarietati niſi conſulatur, pro-

ceſſu

cessu temporis inuenietur S. Pasca extra diem proprium, modò citerius ob lunationes, modò uerò ulterius, ob præfati diei ommissionem celebrari. quod ne fiat, ita cautum fuerit, si quantitas temporis, in quo fit anticipatio hac uia fuerit nota. Cum præfatæ coniunctiones & oppositiones, iuxta medium motum, in Annis 310. uersus principium mensium per Diem ferè unum procedāt, & Aequinoctium in Annis 116. per Diem integrū similiter suam sedem anticipet: si præostensam Tabulam ingrediemur, secundum quantitatem præfatorum 116. Annorum inueniemus Nouiluniorum anticipationem esse Horæ. 8. mi. 57. sec. 28. tert. 27. cum $\frac{18}{38}$ tantùm. Nam, si quantitas annorum 100. hoc est, Hor. 7. mi. 43. secū. 20. ter. 23. cum $\frac{26}{38}$ addita erit quantitati Annorum 10. uidelicet, mi. 46. sec. 20. ter. 2. & $\frac{14}{38}$ ac etiam quantitati Annorum 6. scilicet, mi. 27. sec. 48. ter. 1. cum $\frac{26}{38}$ proueniet præfata quantitas Horarum. 8. mi. 57. sec. 28. ter. 27. & $\frac{18}{38}$ ut in sequenti exemplo patet. qua quantitate Numeri cycli lunaris relin-

E X E M P L V M.

Pro Annis 100.	Hor. 7.	mi. 43.	sec. 20.	ter. 23.	$\frac{26}{38}$
Pro Annis 10.	Hor. 0.	mi. 46.	sec. 20.	ter. 2.	$\frac{14}{38}$
Pro Annis 6.	Hor. 0.	mi. 27.	sec. 48.	ter. 1.	$\frac{26}{38}$
Pro Annis 116.	Hor. 8.	mi. 57.	sec. 28.	ter. 27.	$\frac{18}{38}$

Quæ est Nouiluniorum anticipatio.

quuntur uersus finem mensium, spatio 116. Annorum, in quibus fit æquatio Aequinoctij. Porrò, cum in stabiliendo in Calendario idem Aequinoctium, iuxta doctrinam iam expositam, singulis 116. annis ommittatur Dies unus intercalandus: idcirco, propter ommissionem præfati diei, coniunctiones & oppositiones prædictæ in eodem temporis spatio, non integrum diem, sed tantùm Horas 8. mi. 57. sec. 28. ter. 27. cum $\frac{18}{38}$ exigunt. quo fit, ut pro residuo integri diei Horæ, 15. mi. 2. sec. 39. ter. 32. & $\frac{20}{38}$ cogantur à propriis sedibus disce-

discedere uersus finem mensis: ut in sequenti exemplo apparet. Quaptopter 232. Annorum cursu sedes suas postponēt,

E X E M P L V M.	
Pro uno Die.	Ho.24.mi.0.sec.0.ter. 0. $\frac{0}{38}$
Pro anticipatione Aequinoctij.	Ho.8.mi.57.se.28.ter.27. $\frac{18}{38}$
Residuum Diei integri.	Ho.15.mi.2.se.31.ter.32. $\frac{20}{38}$

& ab eis ad calcem mensis per unius dies spatium, additis Horis 6.mi.5.sec.3.ter.5. cum $\frac{4}{38}$ & in Annis 348. postergabunt sedes suas ad Dies 1. ho.21. mi.7.sec. 34. tert.37. & $\frac{22}{38}$ ita ut in Annis 464. Dies 2.ho.12.mi.9. sec.4. tert.9. cum $\frac{4}{38}$ retrocedant; & ita in cæteris. ex quo manifestè apparet, longo temporis spatio numeros cycli lunaris in Calendario affixos, Nouilunia demōstrantes, Lunam modò 28. modò 27. & 26. & sic deinceps esse ostensuros, & ante ueram coniunctionem luminarium falsum Nouilunium; & loco lunæ Quartædecimæ aliam Lunæ ætatem demonstraturos. Et ut nulla deuiationis luminarium causa prætermittatur, eique facile reparetur: sciendum est, quòd cum Diem integrum spatio Annorum 310. intercalandum supra dixerimus, & ab eo mi.3.se.38. tert. 46. ac $\frac{22}{38}$ deficiant; ex ea re euenit, ut spatio 124000. Annorū Dies 0. ho. 23.mi.58.sec.30. tert. 31. cum $\frac{28}{38}$ plus iusta quantitate intercalata, esse inueniantur.

TABELLA *anticipationum nouiluniorum prouenientium ob Diei unius imperfecti singulis 310. annis in Calendario intercalationem.*

ANNI	DIES	Hor.	min.	secū.	tert.	38.	31
1.	0	0	0	0	42	13	2
2	0	0	0	1	24	26	4
3	0	0	0	2	7	1	6
4	0	0	0	2	49	14	8
5	0	0	0	3	31	27	10
6	0	0	0	4	14	2	12
7	0	0	0	4	56	15	14
8	0	0	0	5	38	28	16
9	0	0	0	6	21	3	18

qua

Residuum tabulæ.							
10	0	0	0	7	3	16	20
20	0	0	0	14	6	33	9
30	0	0	0	21	10	11	29
40	0	0	0	28	13	28	18
50	0	0	0	35	17	7	7
60	0	0	0	42	20	23	27
70	0	0	0	49	24	2	16
80	0	0	0	56	27	19	5
90	0	0	1	3	30	35	25
100	0	0	1	10	34	14	14
200	0	0	2	21	8	28	28
300	0	0	3	31	43	5	11
310	0	0	3	38	46	22	0
620	0	0	7	17	39	6	0
930	0	0	10	56	19	20	0
1240	0	0	14	35	6	12	0
1550	0	0	18	13	52	34	0
1860	0	0	21	52	39	18	0
2170	0	0	25	31	26	2	0
2480	0	0	29	10	12	24	0
2790	0	0	32	48	59	8	0
3100	0	0	36	27	45	30	0
6200	0	1	12	55	31	22	0
9300	0	1	39	23	17	14	0
12400	0	2	25	51	3	6	0
15500	0	2	52	18	48	36	0
18600	0	3	18	46	34	28	0
21700	0	4	5	14	20	20	0
24800	0	4	51	42	6	12	0
27900	0	5	18	9	52	4	0
31000	0	5	44	37	37	34	0
62000	0	11	29	15	15	30	0
93000	0	17	13	52	53	26	0
124000	0	23	58	30	31	28	0

qua de causa, Dies unus erit ommittendus, præfato annorũ spatio ab his, qui erunt tunc temporis, ut lunationes ad propria loca reuertantur. Eorum autem commodo Tabellã exarauimus, ut facilius ab eis huiusmodi Anticipatio, quæ singulis 310. annis fit, perspiciatur. His igitur omnibus, Lunationum anticipationibus, penitus perspectis & cognitis: cuiuis iam uidere licet, Romanum calendarium nequaquã perpetuò utile posse permanere, ad inueniendum S. Pascatis diem uerum, ut iuxta decreta SS. Patrum celebrari

brari possit: quod quidem iam pridem factum esse deprehendimus, cum Numerus cycli lunaris 19. exempli causa, qui in Calendario ante Breuiarii Rom. emendationem, Die 5. Ianuarii erat adscriptus; post, Die primo eiusdem mensis adscriptus sit; ut Nouilunia suo tempore inueniri possent. Cum igitur in Calendario præfatos numeros & iuxta morē, quo hucusque usa est Ecclesia, & iuxta ueram supputationē adscripserim: ne in futurum retrocedant, sed suo fungantur officio, opem eis adhibendā arbitrati sumus: quod quidem quonam pacto faciendum sit, in sequentibus patefaciemus.

De casu Numeri cycli lunaris in Calendario adscripti, deque eius reparatione. Cap. XIII.

CVM uerò non liceat, numeros cycli lunaris in Calendario affixos, ex propriis sedibus ammouere: cumque ij post incrementum unius diei (ut docuimus) neque ueras, neque medias coniunctiones & oppositiones in posterum minimè possint demonstrare: accidit, ut Vnitas (exempli gratia) quæ in Calendario die 18. mensis Martij affixa ostendit Nouilunium anni futuri innouati 1581. uel Numerus 5. sub die quinto eiusdem mensis anni ueteris, accessione unius diei, sicut in præcedentibus diximus, nequaquam sint idonei demonstrare lunationes, eisdem fieri diebus, nisi aliquo modo adiuuentur. quia, & si die 18. aut 5. præfati mensis Nouilunium fieri indicauerint: non tamen ita erit; sed in diem sequentem, hoc est siue in diē 19. siue in 6. erit transferendum. Quam ob rem, præfati Numeri post singulos 116. aliqua reparatione indigebunt, atque iterum post 310. Annos, cum huiusmodi temporum interuallis dies unus anticipationis integretur. Vt autem aliqua reparatio eis adhibeatur: sciendum est, ut doctissimus uir Alexander Picolomineus Archiepiscopus Patrensis, ac in archiepiscopatu Senensi coadiutor annotauit in Cap. 2. Com-

pendij

pendij petitissimi Aloysij Lilij quòd, sicut ex intercalatione diei in mense Februario in anno bissextili, nouilunia uidentur maturius ad principium mensis Martij, unius diei spatio, quàm ipsi Numeri cycli lunaris ostendunt, fieri: sic è contrario Vnius diei abiectione uersus finem uidentur per unum diem quasi retrocedere, ac tardius fieri. ut in hoc exemplo

EXEMPLVM.

	Dies Februarij.					Dies Martij.						
In Anno communi.	25.	26.	27.	28.		1.	2.	3.	4.	5.		
Numeri cycli lunaris.	3.		11.		19.	8.		16.				
In anno Bissextili.	25.	26.	27.	28.	29.	1.	2.	3.	4.			
	Dies Februarij.					Dies Martij.						

demonstratur. Nam, cum 29. dies Februarij in anno bissextili transeat in primum Martij, & primus huius mensis in secundum, ac deinceps: uidentur Numeri præfati, quasi uersus principium mensis procedere; cum numerus cycli 8. secũdo diei Martij adscriptus transeat in primum; & 16. quarto appositus transeat in tertium, quod etiam 5. diei quinto attributus, in diem quartum transire uidetur. quod quidem obseruandum erit in inquirendis Nouiluniis singulis annis bissextilibus. Contra uerò, si ex Februario anno bissextili dies Vnus abiiciatur, ita, ut relinquantur dies 28. tantùm: proculdubio præfati Numeri cycli in mense Martio uidẽtur uersus eius finem protendere: ut apparet in exemplo.

EXEMPLVM.

	Dies Februarij.					Dies Martij.						
In Anno bissextili.	25.	26.	27.	28.	29.	1.	2.	3.	4.	5.		
Numeri cycli lunaris.	3.		11.		19.	8.		16.		5.		
In communi.	25.	26.	27.	28.		1.	2.	3.	4.	5.	6.	
	Dies Februarij.					Dies Martij.						

M Ex

Ex quo constat, anno illo, in quo fit additio diei mense Februario, Lunationes per unum diem Numeros cycli in calẽdario adscriptos anticipare; contra uerò, quando præfatus dies de Februario demitur, per unum diem similiter retrocedere, & uersus finem mensis procedere. Quapropter, abiectione, atque additione unius diei in mense, manifestum est, Numeros cycli in sequenti mense officio demonstrandi Nouilunia illis diebus, quibus in Calendario sunt adscripti, fungi non posse, sed in diebus uel immediate sequentibus, uel præcedentibus. Cum igitur 116. annorum spatio, ut aliàs docuimus, ad stabiliendam uerni Aequinoctij sedem ab Anno unus dies demendus sit: quotiescunque ad Annum sequentem peruentum fuerit, à die 25. Martij, quod erit caput sequentium annorum 116. necesse erit, ut nos numerum cycli lunaris per diem unum, in inuestiganda Nouilunia ulterius protrahamus. Sciendum tamen est, quòd, dum Luna diem unum anticipat, interim Aequinoctium duos, & nonnunquã etiam tres dies inuenitur anticipasse. quamobrem opus erit Nouilunium in Calendario uersus finem mensis descendere: ex qua quidem re, nisi ei reparetur, contingeret, celebrationem Pascæ quandoque ante Quartamdecimam lunam, & in ipso die, celebrari, quando Numeri præfati Nouilunia nõ ualebunt rectè indicare. Veruntamen, cum quolibet 116. annorum spatio, ut sæpenumero diximus, ab Anno dies unus dematur: quolibet etiam 116. anno necesse erit, ut nos numerum cycli lunæ per unum diem uersus finem mensis in Calendario transferamus, præterquam eo anno, quo Luna diẽ unum retrocesserit: quia tunc de illis diebus, qui causa æquationis Aequinoctii ultra huiusmodi numerum transferũtur, demendus est dies unus: ita, ut cum ab Anno 1696. usque ad Annum 1812. numerus lunę ulterius per unum diem sit trãsferendus, & inde usq; ad 1890. similiter per diem unum protrahendus: ad hunc annum cum peruentum fuerit, qui erit Annus, in quo per unum ferè diem spatio annorum 310. cuius

ius Radix, est Dies 19. Martij, Lunationes anticipauerint, huius anticipationis causa, ex duobus diebus transactis, unus est abiiciendus. cum eo autem die tantùm, qui ex hac abiectione restat, procedendum est usque ad Annum 1928. quia tunc causa abiectionis diei unius, propter stabilimen Aequinoctii, additur dies alter: cum quibus diebus erit uersus procedendum usque ad Annum 2044. & sic de singulis, ut in Tabula sequenti patefit: quæ seruiet usque ad Annum 4370. eo excluso: quo temporis spatio includuntur dies 16. tantùm, transferēdi ultra Numerum cycli solaris, modo supra dicto. quia hunc tantùm dierum numerum ad hanc rem ostendendam pro nunc satis esse duximus: præsertim quia, cum opus fuerit, eo pacto, quo supra ostendimus, semper augeri poterit. Vt autem usus huiusmodi Tabulæ addiscatur: esto, quòd aliquis scire uelit, quo die mēsis Martii anno Domini 1812. qui erit 232. post emendationem Calendarii, coniunctio luminarium futura sit: inuestiget prius per Regulā, quam ostendemus, numerum cycli lunaris propositi anni; qui erit 4. in Anno innouato diei 16. eiusdem mensis in nostro Calendario adscriptus: cum uero in annis 232. Duo anni maximi solares peracti fuerint, qui erunt in causa, ut numerus præfati cycli per duos dies ulterius translatus fuerit: idcirco ex additione horum duorum dierum, facta numero quinque dierum mensis, luna noua eo anno erit non 16. die, sed 18. eiusdem mensis: quod quidem erit etiam in sequenti anno Maximo obseruandum. Verum cum annus Lunæ maximus: uidelicet 310. annorum anno Domini 1890. mense Martio cōpleatur; quo mense dies Vnus erit intercalandus: cum uno tantùm die, per Regulam supra traditam, ultra numerum cycli lunæ erit procedendum; & hoc usque ad Annum Domini 1928. in quo incipiet Annus tertius maximus solaris. Quam ob rem, si Nouilunium mensis Martii eius anni 1890. quæretur; cum currens numerus cycli illius anni in Calendario fuerit 6. ut apparet in Tabula; & in die 24. eiusdem mensis inue-

Tabula Dierum, ad quos Numeri cycli lunaris in Calendario affixi à proprijs sedibus versus finem mensium sunt transferendi.

ANNIS CHRISTI. M, D. XXC. ET CORRECTIONIS CALENDARII.

ANNI CHRISTI CVRRENTES.	Numeri Anticipationũ Aequinoctii	Anni à correctione calendarij. quorum radix est dies 25. Martij.	Numeri cycli lunaris.	Numeri dierũ trãspositorũ à numeris cycli lunaris.	ANNI CHRISTI CVRRENTES.	Numeri Anticipationum Lunationum.	Anni post correctionem Calẽdarij quorũ Radix est Dies 19. Martii.	Numeri cycli lunaris.	Numeri dierũ trãspositorũ à numeris cycli lunaris.
1696	1	116	2	1					
1812	2	232	4	2					
					1890	1	310	6	1
1928	3	348	6	2					
2044	4	464	8	3					
2160	5	580	10	4					
					2200	2	620	12	3
2276	6	696	12	4					
2392	7	812	14	5					
2508	8*	928	16	6					
					2510	3	930	18	5
2624	9	1044	18	6					
2740	10	1160	1	7					
					2820	4	1240	5	6
2856	11	1276	3	7					
2972	12	1392	5	8					
3088	13	1508	7	9					
					3130	5	1550	11	8
3204	14	1624	9	9					
3320	15	1740	11	10					
3436	16	1856	13	11					
					3440	6	1860	17	10
3552	17	1972	15	11					
3668	18	2088	17	12					
					3750	7	2170	4	11
3784	19	2204	19	12					
3900	20	2320	2	13					
4016	21	2436	4	14					
					4060	8	2480	40	13
4132	22	4552	6	14					
4248	23	2668	8	15					
4364	24	2784	10	16					

Numeri dierum, et Aequinoctij anticipatione nati, ad quos transferendi sunt in Calendario numeri cycli lunaris.

Numeri dierum, et anticipatione Lunationum nati, ad quos transferendi sunt in Calendario numeri cycli lunaris.

niatur: tunc præfatus numerus uersus finem mensis est per diem unum tantùm transferendus. & hoc pacto die 25. huius mensis erit Nouilunium: quod quidem in omnibus lunationibus in posterum erit obseruandum. Si quis autem proposito quolibet Anno Domini currente horum numerorum translatio quanta usque ad id tempus facienda sit, scire uoluerit: id erit facilè ei cognoscere, si Tabulis anticipationum Aequinoctii & Nouiluniorum uti placuerit. si quidem, inuẽta in utraque Tabula quantitate anticipationum annorum ab Anno correctionis Calendarii, usque ad eum Annorum numerum, quem is sibi proposuit, ipsa quantitas, hoc est dierum numerus indicabit per tot dies Nouilunia per cycli lunaris numeros in Calendario adscripta, sedes suas uersus principium mensium prætulisse. unde iuxta hunc ipsum dierum numerum à locis quibus sunt adscripta, simul cum ipsis cycli numeris uersus finem suorum mensium sint transferẽda. partes uerò diei, si quæ supererunt, cum progressu temporis ad integrum diem ascenderint, tunc ipse dies similiter uersus finem mensium transferetur. Volo igitur scire Anno Domini 1894. quanta facienda sit numerorum cycli, ab Anno correctionis Calendarij incipiendo, translatio: cum iam à præfata correctione Anni 314. sint transacti, quæro primũ in Tabula anticipationum nouiluniorum quantitatem Annorum 314. quam inuenio esse Diei unius, ho.0. mi. 14. sec. 53. ter. 14. cum $\frac{11}{38}$. postea in Tabula anticipationum Aequinoctij quæro similiter quantitatem præfatorum annorum, quæ est Dierum 2. hor. 16. mi. 57. sec. 55. tert. 51. cum $\frac{147}{203}$. De hac demo alteram, & remanent Dies. 1. ho. 16. mi. 43. sec. 2. ter. 37. & $\frac{196}{767}$. & hæc erit quantitas, quæ sedes Nouiluniorum, per numeros cycli lunaris adscripta usque ad propositum annum à propriis locis uersus finem mensium erit transferenda. Sed cum huiusmodi translatio nisi per dies integros fieri ualeat: idcirco cum hoc loco Dies tantùm unus transferendus sit, de partibus, quæ supersunt, fiet, ut supra est annota-

tum

E X E M P L V M.

Ex Tabula anticipationum Nouiluniorum.

Pro Annis 300.	Dies. 0.	ho. 23.	mi. 20.	sec. 1.	ter. 11.	$\frac{2}{38}$
Pro Annis 10.	Dies. 0.	ho. 0.	mi. 46.	sec. 20.	ter. 2.	$\frac{13}{38}$
Pro Annis 4.	Dies. 0.	ho. 0.	mi. 18.	sec. 32.	ter. 0.	$\frac{36}{38}$
Pro Annis 314.	Dies. 1.	ho. 0.	mi. 14.	sec. 53.	ter. 14.	$\frac{14}{38}$

Ex tabula anticipationum Aequinoctij.

Pro Annis 300.	Dies. 2.	ho. 14.	mi. 4.	sec. 8.	ter. 16.	$\frac{132}{203}$
Pro Annis. 10.	Dies. 0.	ho. 2.	mi. 4.	sec. 8.	ter. 16.	$\frac{112}{203}$
Pro Annis 4.	Dies. 0.	ho. 0.	mi. 49.	sec. 39.	ter. 18.	$\frac{116}{203}$
Pro Annis 314.	Dies. [illegible]	ho. 16.	mi. 57.	sec. 55.	ter. 51.	$\frac{14}{203}$
Ex Nouilunijs.	Dies. 1.	ho. 0.	mi. 14.	sec. 53.	ter. 14.	$\frac{14}{38}$
Transferendi	Dies. 1.	ho. 16.	mi. 43.	sec. 2.	ter. 37.	$\frac{106}{767}$

tum. Veruntamen, ut huiusmodi computus cum præcedenti Tabula in omnibus conueniat, singulis Annis maximis lunaribus Minuta 3. sec. 38. tert. 46. cum $\frac{22}{38}$ quæ deficiunt à die integro; & quolibet anno usuali Tert. 42. cum $\frac{13}{38}$ & $\frac{2}{31}$ semper erunt adiungenda: ut in Tabella, quam ad hoc composuimus, Cap. 11. uideri potest: cuius quidem minutioris calculi ea de re hoc loco rationem habere uoluimus, post exaratam præcedentem Tabulam, ut ne quid esset præterea, quod diligens indagator rerum desiderare posset. Notandũ autem est, quòd, si quando Fractiones diuersarum denominationum contigerit simul addere, uel unam ab alia subducere: ut paulo ante fecimus: ad æquitatem illis prius ductis, Minutiis cancellatim inter eas ducendo, producentur Numeratores. postea Denominatoribus solummodo inter se ductis, prodibit communis Denominator: quod exemplo manifestius fiet.

DVCTIS.

$\frac{14}{38}$	in	$\frac{147}{203}$
faciunt.		faciunt.
2842	Numeratores.	5586
7714.	Communis denominator.	7714
hoc est.		hoc est.
$\frac{203}{767}$	Et	$\frac{399}{767}$

Quæ simul iuncta faciunt.

$$\frac{602}{767}$$

Veruntamen.

$\frac{203}{767}$ à $\frac{399}{767}$

subductis, remanent.

$$\frac{196}{767}$$

ut in exemplo præostenso apparet; quod etiam in aliis similibus erit obseruandum. Hoc autem est animaduersione dignum, quòd, si in quærendo alicuius mensis Nouilunio numerus dierum illorum, ad quos iuxta præfatam Regulam transferendus est Numerus cycli, ceciderit in sequentem mensem: tunc nota præfati Numeri non in illo mense, in quo Nouilunium quærimus, sed in præcedenti est accipienda, & transferenda ad tot dierum numerũ, quot sunt in Tabella annotati. Et ut melius, ac facilius hoc percipiatur, proponamus exemplum. Si quispiam scire uoluerit diem, in quem nouilunium Martii incidat, anno Domini 2856. qui erit Annus 1276. à Calendarii emendatione, ut sup-

ſupponimus: tunc opus eſt in eo menſe in Calendario noſtro inuenire propoſiti anni numerum cycli lunæ, qui erit 3. Diei 28. appoſitus. Quoniam uero in Annis 1276. numerus præfati cycli per dies 7. ut apparet in Tabula, ulterius tranſlatus erit: ſi hos dies poſt numerum 3. ad 28. diem Martii appoſitum numerare cœperit, in 4. Aprilis diem ceciderit; cum tamen ibi nouilunium Aprilis, & non quæſitum menſis Martii inueniatur. ideo, ut illud ſuo menſe reperiatur, ab eodem numero 3. diei 26. Februarii appoſito, numerandi erunt 7. dies: qui dierum numerus cadet in 5. diem Martii; in quo quæſitum Nouilunium ipſius menſis eo Anno continget. Vt autem præoſtenſæ Tabulæ ratio habeatur, ſciendum eſt, quòd ipſam in duos ordines diſtribuimus, quorum Primus ad rationem anticipationum Aequinoctii; Secundus uero ad rationem anticipationum Nouiluniorum ſpectat. utrunque autem in quinque columnas partiti ſumus, quarum Prima in utroque ordine Annos Chriſti currentes includit; Secunda Anticipationum Aequinoctii & Nouiluniorum Numeros; Tertia Annos à correctione Calendarii; Quarta numeros cycli lunaris annorum currentium; Quinta & Vltima numeros dierum tranſpoſitionis præfatorum numerorum.

De Primo modo inueniendi S. Paſcatis reſurrectionis diem. Cap. XIIII.

OMNIBVS his itaque rectè expenſis, æquum eſt iam oſtendere, quo nam pacto S. diem Paſcatis Reſurrectionis reperire poſſimus. quod quidem duobus modis effici poterit: quorum Primus erit altero certior & tutior; Secundus uero facilior & uſitatior; & in quem nullus poſthac error cadere queat, quemadmodum annis præteritis, ac inſtanti Anno accidiſſe nouimus. Cum enim præfatus dies S. iuxta ueram ſupputationem Die. 15. Martij celebrari debuiſſet, 19. Aprilis menſis à Chriſtianis,

poſt

post dies 35. à legitimo die est celebratus. si quidem, annis præteritis error (ut omnibus notum esse potest) non solum accidit ob Numerorum cycli lunæ, siue aureorum deviationem, uerumetiam ob Aequinoctij uerni anticipationem. Si enim uernum Aequinoctium ad locum constitutum permansisset, nunquam profectò huiusmodi exorbitatio accidisset. Quamobrem, ut præfatus dies S. in posterum ritè celebretur: supra ostendimus singulis 116. annis per quatuor Annos magnos diem unum tacitè prætermitti debere, ut Aequinoctium quotannis in certo, ac terminato die mensis, & si non in eadem eiusdem diei parte, sedem semper stabilem habeuret. Quod si, ut nonnulli sensere, spatio annorum centum, & plus, annum unum Bissextilem communem fecissemus, Aequinoctium (ut supputationum mathematicarum peritis notum esse potest) suam sedem usque ad 23. diem mensis Martii anticiparet: & ipsam modò in unum, modò in alium triũ dierum transferret. quæ quidem translatio obseruanda esset, ne S. dies Pascatis ante suum diem celebrari contingeret. Verùm enim uerò, huiusmodi translationi, obseruantia Bissexti æquationis, ita occurrimus, quòd in posterum singulis annis Die 25. eiusdem mensis, Sol in primum Arietis gradum ingredietur, & in eodem die sedes Aequinoctii permanebit. Efficere tamen haudquaquam potuimus, quin saltem quolibet Anno 24. cuiuscunque Anni magni, Sol spatio Ho. o. mi. o. sec. 54. tert. 47. & $\frac{147}{207}$ ante occasum, hoc est, Hor. 23. mi. 59. se. 5. ter. 12. & $\frac{56}{203}$ præfati diei 24. Arietem ingrediatur: & sedes Aequinoctij in præfatum diem transferatur; propterea quòd rerum creatarum ordo sic postulat. Et quamuis præfatus ingressus distet ab occasu solis, à quo sequens dies sumit exordium, ea temporis quantitate, quæ cum parua sit, fortasse à nonnullis pro nihilo haberi poterit: nihilominus in hac re maxima non est paruifacienda, præsertim, cum non ad diẽ 25. sed ad 24. in quo erit sedes Aequinoctii, attineat; & S. Diei Pascatis cognitio ab Aequinoctij sede dependeat.

Cum igitur res ita ſe habeat, Dies 25.& 24.in menſe Martio magnoperè erunt obſeruādi,prout tempus requiret, ad Aequinoctii ſedem inueniendam: ne poſthac error in paſcali computo committatur. Vt autem ea, quæ propoſuimus, intelligantur: ad priorem inueniendi modum me conuerto. Volo ſcire, quonam die menſium,Martij uidelicet, aut Aprilis (non enim hæc ſolennitas aliis in menſibus celebrari contingit) Sacer Paſcæ reſurrectionis dies in quocunque anno propoſito erit celebrandus. inuenio primùm per Regulam datam ſedem Aequinoctij uerni,ſiue diem ingreſſus Solis in Arietem. deinde ſiue auxilio Ephemeridum ad multos annos rectè ſupputatarum ueras congreſſiones & oppoſitiones luminarium oſtendentium, ſiue earum quas in Calendario noſtro per Annos 19. tantùm uenturos (quod idem eſt) ad meridianum huius inclytæ Vrbis Venetiarum ſupputatos adſcripſimus: inuenio primum, aut poſt Aequinoctium, aut in ipſo die Aequinoctii (iuxtà priſcorum obſeruationem, ut oſtendemus) Lunæ cum Sole oppoſitionem; hiſque inuentis Dominica ſtatim ſequēte præfatam oppoſitionem Sacroſancta ſolennitas Paſcatis reſurrectionis erit celebranda. Eſto igitur Beatiſs. Pater, quòd quiſpiam, hac regula utens uelit Anno Domini 1581. Sanctum diem huiuſmodi inuenire, ut ſuo tempore poſſit rectè celebrari: inueniat prius ſiue auxilio Tabulæ, in qua deſcripſimus Anni magni ſolaris rationem, ſiue Tabellarum adminiculo, quibus ingreſſus Solis in Arietem addiſcitur, Aequinoctii ſedem, quæ erit die 25. Martii, ho.10.mi.44.ſec. 36.ter. 14. cum $\frac{70}{203}$. noſtri horologii, poſtea requirat in Ephemeride in noſtro Calendario per numerum illum, qui per totum annum ſingulis menſibus oſtendit ueras coniunctiones, & oppoſitiones luminarium, qui numerus tunc erit Vnitas, oppoſitionem Lunæ ad Solem, ſequentem æquinoctium, quæ eſt Tertio diei Aprilis aſſignata; quā oppoſitionem fieri inueniet die lunæ, ho. 14.mi.8.noſtri horologii. ideo iuxta Regulam & decreta SS. Patrum & Conciliorum

liorum huiusmodi solennitas erit trãsferenda in sequentem Dominicam; qui erit dies 9. huius mensis. Quam ob rem dicendum erit, Die 9. mensis Aprilis anno Domini 1581. primo post Calendarii correctionem, Sacrosanctum resurrectionis Domini Pascha esse celebrandum: quæ Regula etiam obseruanda erit aliis in annis futuris: dummodo Diem 21. à cõuentione Lunæ cum Sole non prætereamus. si quidem esset contra Regulam nobis à SS. Patribus traditam, his iambicis contentam.

Post ueris Aequinoctium,
Perquire Plenilunium,
Et sequenti Dominica,
Solenne Pascha celebra.

Et hic erit Primus modus inueniendi uerum diem S. Paschæ, auxilio Ephemeridum, ostendentium ueras coniunctiones & oppositiones in nostro Calendario, ad Annos 19. adscriptarum; & si aliquantò laboriosior, at certior tamen atque tutior. Sed antequam ad secundum modum accedamus; prius facienda est collatio meorum numerorum cum Aureis numeris in ueteri Calendario affixis; ad inueniendas coniunctiones & oppositiones luminarium.

Numerorum in nouo Calendario adscriptorum cum Aureis numeris ueteris Calendarij collatio. Cap. XV.

AD inuestigandas luminarium coniunctiones & oppositiones, iuxta medium motum, cum S. Rom. Ecclesia Aureis semper usa sit numeris: fortasse nouum quidam hominibus, qui per multos annos inueterata hac consuetudine numeri allecti detinentur, uidebitur, me Rom. Calendario nunc coniunctiones atque oppositiones, iuxta ueram supputationem adscribere; ac nouitatem quandam, ad inueniendam S. Paschatis celebrationem, in usum inducere uoluisse: ita, ut difficile, quod cupio,

illis persuadere possim; præsertim cum S. Nicænę synodi autoritas intercedat, de Aureo numero in Calendario adscribendo. Quamobrem, ne hoc à me temerè factum uideatur, illud repeto, quod principio me dixisse memini, uidelicet, Quidquid à me dicendum est, tantùm probatum iri uelle, quantum à Sacrosancta Rom. Ecclesia, & à te summe Pontifex, fuerit approbatum. Non enim aliquid præcipere, quod meum non est, aut decernere cogito: sed tantum meam de hac re proferre sententiam, & quantùm liceat, consulere & adiuuare. Neque alicui hoc displicere debeat, quando Iethri sacerdotis Madianitis, atque Mosi soceri consilium de regendo Dei populo per iudices ac tribunos rectè factum, & ab omnibus approbatum, præcipuè ab ipso Mose Dei ministro legamus. Igitur de Aureis numeris in Calendario affixis, atque de Numeris annorum 19. in meis Ephemeridibus adscriptis ostensuris ueras coniunctiones & oppositiones, iuxta ueram supputationem in præsentiarum aliquid dicam. Vetus doctrina est, & hactenus ab Ecclesia (ut uidetur) recepta, in adscribendis & ordinandis Aureis numeris in Calendario, toti Anno deseruientibus, ut ad ostendenda Nouilunia, ac Plenilunia secundum medium motum, eo pacto unus post alium sit dispositus, ut antecedens ab immediatè sequēte, Octonario numero; & in iis numerus minor, maiori suppositus ab ipso Vndenario distaret. hac tamen lege seruata, ut, si post Octonarii ad præcedentem Numerum adscriptum additionem, productum non excessisset 19. numerum, non sequenti diei, sed ommisso uno die intermedio, diei tertio adscriberetur. si uero excessisset numerum 19. tunc, dempto hoc numero de producto, residuum diei immediatè sequenti adnotaretur. Sed si numerus 19. statim numerum 11. sequeretur: tunc Octonarius post eundem 19. sine aliqua intermissione affigeretur. Quod quidem manifestè apparet in mense Ianuario anni ueteris. Nam, cum Primo huius diei mēsis numerus 19. sit adscriptus: statim post ipsum Numerus 8.

Exod. 18.

secundo

ſecundo diei eſt adiunctus: cui numero 8. cum alter 8. additus ſit; prouenit 16. qui cum ſit minor numero 19. relicto die tertio præfati mẽſis, diei Quarto eſt adſcriptus. Cum autem Octonarius ipſi 16. adiungendus ſit, prouenit 24. de quo dẽpto 19. relinquitur 5: qui per præfatam Regulam, poſt ipſum 16. nullo die intermedio relicto, eſt annotatus. & diſtat ab ip ſo 16. numero Vndenario. qui Aureorum numerorum ordo per rotum annum in Calendario adhuc eſt obſeruatus. Cum uerò animaduerterim, nonnullos hanc Regulam, quatenus ad numerorum ordinem attinet, obſeruaſſe; cæteris autem in rebus neglexiſſe: mihi uenit in mentem, aliquem modum excogitare, quo Numeri cycli lunæ in Calendario ſub certis diebus ita collocarentur, ne in poſterum (aliquo tamen adiuti auxilio) à ueris coniunctionibus & oppoſitionibus, elapſo Decemnouenali interuallo, multum aberrent. Nõ enim ob aliud Ephemerides decẽnouenalis ſpatii ad ueras (ut potuimus) coniunctiones & oppoſitiones, quas ſub certis diebus & horis in Calendario ſimul cum Numeris cycli lunaris, annis futuris (ſi prouidebitur Beatiſs. Pater) ſeruiẽtibus ſupputatas affiximus, niſi, ut, uel tranſacto Decemnouenali ſpatio, præfatas Ephemerides aliquis de integro innouet: uel, ſi non, ut in futurum per ipſos Numeros quantum fas eſt, Lunationes & Plenilunia, iuxta ordinem & conſuetudinem, qua hactenus uſa eſt S. Eccleſia Rom. inueniri poſſint; arbitrantes, nos rectè facturos, ſi ab hac Radice (ut ita dixerim) quæ ueras coniunctiones & oppoſitiones, per Annos 19. oſtendet, potius quàm aliunde principium ſumeremus; ac Decemnouenale ſpatium, magis quàm aliud interuallum, quod uero computo non correſpondeat, ad ueras coniunctiones & oppoſitiones accommodatum haberemus. Siquidem, quãuis tranſactis huiuſmodi 19. annis, poſſet inter uerum computum eiuſmodi noſtros numeros aliqua differentia contingere: non erit tamen tanta, ut à recto tramite deuient; ſicuti Aurei illi numeri adhuc in Calendario affixi. qui quàm longè

gè absint à ueritate quandoque, per aliquot Eclipses duorũ luminarium, per quas ueras ipsorum coniunctiones & oppositiones addiscimus, quæ spatio 19. annorum contingent, non est difficile cognoscere. Nam cum Anno Domini uenturo 1582. Die 4. noui Iulij, sub numero 2. cycli lunæ, siue Die 20. Iulii ueteris, ho. 10. min. 29. ut patet in Calendario, iuxta uerum cõputum Solis deliquium post eius occasum in coniunctione Lunæ, & secundum Aureorum numerorum Regulam, sub numero 6. Die 20. ueteris Iunii, aut 4. Iulii innouati (quod idem est) futurum sit, ut omnibus astronomicarum rerum peritis est notum: erit uerum dicere, Luminarium cõiunctionem, absque differentia eodem fieri die, tam ueteris, quàm innouati anni: quod quidem etiam erit cognoscere Anno 1584. cum Die 14. Maij anni innouati numero 4. signato; siue 30. Aprilis anni ueteris, ho. 10. mi. 15. Solis labor sit futurus; & 8. Aureus numerus illius anni ostendat coniunctionem luminarium fieri Die 30. Aprilis anni ueteris; uel præfato Die 14. Maij innouati. Quam ob rem, quis affirmare poterit, inter Eclipsin præfatam, & huiusmodi coniunctionem, nisi parum temporis interesse? cum Eclipsis noctis medium 30. Die ueteris Aprilis, siue 14. innouati præfati mensis sit transitura. Verùm, cum Anno 1590. Solis defectus futurus sit Die 4. noui Augusti; numero 10. ei notato, uel 21. ueteris Iulij. ho. 13. mi. 59. nostri horologij; cumque Aureus numerus 14. ostendat hunc Solis defectum 22. die ueteris, Iulij, aut 5. noui Augusti contingere: quonam pacto huiusmodi diem Eclipsis attingere poterit? Anno quoque Domini 1593. uera supputatio demonstrat, eclipsin Solis futuram Die 3. noui Iunij, numero 13. huic diei signato. ho. 17. min. 38. ab eius occasu; aut 20. Die ueteris Maij, eademque diei parte. ueruntamen Aureus numerus calendarij ueteris, qui est 17. notat luminarium coniunctionem accidere die. 21. ueteris Maij, siue 4. noui Iunij. Cum igitur id ita sit, necesse est, unius diei spatium inter eclipsin & præfatam coniunctionem

inter-

intercedere. Quantum igitur ad solares Eclipses attinet, qui in coniunctionibus duorum luminarium semper fiunt, satis dictum sit. nam de Eclipsibus lunaribus etiam non erit inutile aliquid dicere; ut mea sententia de scribendis nouis numeris in Calendario uideatur à uia recta non deuiasse. Vt autem ad propositum accedam, à proximiore Eclipsi exordium sumam. nam anno Domini uenturo 1581. Eclipsis lunæ iuxta meam supputationem erit die Tertio Februarij innouati, Vnitate huic diei signato, siue 20. Ianuarij ueteris anni. Hor. 3. mi. 18. nostri horologij. Veruntamen, cum in Anno ueteri Aureus numerus 5. in columna Nona primæ Tabulæ nostri Calendarii affixus ostendat, coniunctionem luminarium fieri Die quinto ueteris Ianuarij, siue 19. eiusdem noui mensis; Oppositio, siue Luna quartadecima erit die 18. eiusdem mensis ueteris Ianuarij, siue Primo noui Februarij, quod est impossibile. Sciendum tamen est, quòd in inuenienda Quartadecima luna Dies numerantur à primo die coniunctionis usque ad 15. Quartodecimo tantùm, & non Quintodecimo in medijs motibus incluso, Episcopo Forosemproniense, Iohanne Stœfflero, Iohanne Lucido, atque Alexandro, Picolomineo Patrensi Archiepiscopo astipulantibus. Præterea similis defectio eodem Anno erit 30. Die noui mensis Iulii, eadem Vnitate signato, siue 16. huius mensis ueteris. ho. 4. mi. 49. ueruntamen, Aureus numerus, qui erit 5. ostendet oppositionem, siue Lunam quartamdecimam fieri 14. Iulii, ueteris, siue 28. die noui. Quantum uerò eclipsis distet ab oppositione, siue Quartadecima luna per aureum numerum ostensa, nemo est, qui non uidere posit. Rursus defectus lunæ erit etiam Anno 1582. Die 23. noui Ianuarii, cui apponitur numerus 2. siue 9. eiusdem mensis ueteris. ho. 5. min. 49. tamen, iuxta Aurei numeri Regulam, cum numerus illius anni currentis sit 6. Quartadecima luna, siue luminarium oppositio fiet Die 7. ueteris, siue 21. innouati Ianuarii. quæ nullo pacto cum lunæ defectu conuenire poterit. Prætereo Eclipses

anni

anni Domini 1584. & 1587. breuitatis causa, & ad Eclipsin anni 1588. uenio, quæ erit Die 17. Martii innouati, numero 8. huic diei adscripto, siue Die 3. ueteris. ho. 8. mi. 27. quia cum Aureus numerus 12. illius anni ostendat, Primo die ueteris Martii, siue 15. eiusdem mensis innouati oppositionem, siue quartamdecimam Lunam: non uideo Aureum numerum ueram oppositionem, siue quartamdecimam Lunam posse indicare. Quocirca, cum Oppositio hæc accidat in mense Martio: uidetur mihi non esse hic prætereundum, quòd si aliqua Oppositio uera luminarium, siue quartadecima Luna unquam inquirenda est: illa, quæ pro S. Diei Pascæ celebratione, quæ in mensibus Martio, siue Aprili indaganda est, uerissima esse debet, ne fortè accidat Pasca cum defectu Lunæ, celebrari: quod esset in Ecclesia magnopere ab surdũ. Eclipsin etiam Lunæ, quæ erit eodem Anno, Die 10. noui Septẽbris, siue 27. ueteris Augusti pertranseo, cum minimè conueniat cum Luna quartadecima, & dicam de ea, quæ erit Anno 1589. die 30. noui Augusti. Nam quonam pacto conuenit cũ Luna 14. siue Oppositione luminarium, quæ 13. Aureo numero monstrante, fiet sub 14. die mensis ueteris, siue 28. noui Augusti? cum tamen uera oppositio cadat in præfatum diem 30. sub numero 9. siue 16. ueteris diem. hor. 0. min. 34. quorum differentia non solum in diem unum, uerumetiam pene in duos transit. Anno tandem Domini 1591. dimissis cæteris defectibus, quæ in futuris 19. annis cadent, ne nimium prolixus uidear, defectio Lunæ similis accidet, sub numero 11. die 14. mensis noui Ianuarii, uel 31. Decembris anni ueteris 1590. ho. 1. mi. 58. post occasum Solis. uerum Aureus numerus, qui erit 14. in anno ueteri, ostendet oppositionem, uel quartamdecimam Lunam fieri 29. die ueteris Decembris; siue 12. Ianuarii anni innouati: qui dies à Decimoquarto distat spatio duorum dierum: ut omnibus manifestũ esse potest. Ex quibus collationibus demonstratis iam uidere licet Pater Beatiss. quantò ueriores mei numeri in Calen-

dario nouo adſcripti ad inueſtigandas certas luminarium coniunctiones, & oppoſitiones ſint; Aureis numeris in ueteri Calendario affixis: cum inter Eclipſes & coniunctiones & oppoſitiones per Aureos numeros oſtenſas, tanta ſit differentia, ut difficile ſit, immo impoſſibile, S. Paſcæ reſurrectionis diem, ſolummodo ope & auxilio horum numerorum inueniri poſſe. Sed iam ad ſecundum modum inueniendi S. Diem præfatum reuertamur.

De Secundo modo inueniendi S. Diem Paſcatis. Cap. XVI.

ADHVC diximus de Primo modo inueniendi S. Diem Paſcatis, per Ephemerides ritè ſupputatas; uel per eas, quas per 19. Annos in noſtro Calendario adſcripſimus: reſtat, ut de Secundo, qui fiet per Aureos numeros, dicamus, ſed ſi prius cognouerimus Aureum numerum Anni propoſiti: quod quidem facile factu fuerit, ſi ad numerū illius Anni (de Anno ueteri loquor) Vnitatem addiderimus. ſi quidem, ut Dionyſio Abbati placet, Chriſtus Saluator noſter Anno primo huiuſmodi cycli natus eſt. ſed proueniens erit diuidendum per 19. & Quotiēs numerus dabit integras reuolutiones, à primo anno Chriſti, uſque ad annum propoſitum. & ſi quid fuerit reſidui, pro Numero inuento illius anni currentis erit habendum: ſi uero nihil relictum fuerit, totius cycli numerus, hoc eſt 19. pro Anno currenti erit accipiendum. Si quis igitur uoluerit ſcire, Anno Domini uenturo 1598. quotus erit cyclus ab anno Chriſti, & quotus numerus huiuſmodi cycli: addat primùm ad propoſitum numerum annorum 1598. Vnitatem, & naſcetur 1599. qui numerus deindè diuidendus eſt per 19. & proueniet Quotiens 84. cuius reſiduum erit 3. Itaque dicendum erit, 84. perfectas reuolutiones, ſiue cyclos perfectos à Chriſti natiuitate, iam præteriiſſe, & 3. ſuperabundantem eſſe numerum cycli Decemnouenalis Anni propoſiti, qui

quærebatur. Quocirca, ut etiam in reliquis ann is Christi pro positis quæsitum habeatur: ita erit agendum. Verum in Annis Christi uenturis, post correctionem ipsius Calendarij, quam supponimus fieri Anno proximo 1580. si quis numerum cycli nostri lunaris scire desiderauerit, prius ab Annis Christi propositis demat annos 1580. & postea diuidat residuum per 19. & quod prouenerit Quotiens, ostendet tot per fectas reuolutiones iam præteriisse; residuum uero demonstrabit quæsitum numerum huiusmodi cycli: & si nihil residui fuerit, totius cycli numerus, scilicet 19. pro currenti Anno erit accipiendus. Si quis ergo uoluerit scire Numerum cycli decemnouenalis Anni Christi uenturi 2034. demat prius de eis annos 1580. & proueniet 454. qui erunt Anni à correctione Calendarii. quo facto, diuidat eos per 19. & proueniet 23. & quod reliquum fuerit, inuenietur esse 17. quapropter dicendum erit, ab Anno præfatæ correctionis cyclos 23. perfectos iam transiuisse; & numerum 17. qui superabundat, esse numerum cycli decemnouenalis, quæsitum, propositi Anni innouati. Si quis uerò præfatum numerum in Anno Domini uenturo 2036. scire uoluerit, demptis prius, ut diximus, à proposito numero annis 1580. remanebunt 456. qui numerus erit diuidendus per 19. & proueniet 24. sine residuo. quam ob rem dicendum erit, 24. perfectas reuolutiones iam præteriisse, & per Regulam super adductam, 19. esse quæsitum Numerum præfati cycli: quod etiam in aliis annis propositis erit obseruandum. Sed, ut iã ad ea, quæ proposuimus accedamus: si iuxta ueteris Aurei numeri rationem inueniendus est S. Dies Pascæ, sciendum, quòd, inuestigata semper prius (ut docuimus) Aequinoctij uerni sedem, inueniendus est postea, modo, quo supra, numerus cycli lunaris anno Domini proposito seruiens. quo inuento, ingrediendum est columnam Decimam in mense, siue Martio, siue Aprili nostri Calendarii, cui Numerorum aureorum ad inueniendam Quartamdecimam lunam titulum fecimus, &

Aureus

Aureus numerus in ea inuentus docebit Diem quartumdecimum lunæ. quo cognito, facile erit scire S. Diem Pascatis. siquidem die Dominico quartamdecimam lunam sequenti, semper celebratur. Si quis igitur uoluerit præfatum diem S. Anno Domini 1581. uenturo cognoscere: inueniat primùm sedem Aequinoctii, quæ erit Die 25. ho. 10. mi. 44. horologii nostri. deinde in Decima columna quærat Aureum numerum sequentem Aequinoctium, qui erit 5. die Primo sabbathi mensis Aprilis. quo inuento, ad Dominicam statim sequentem se conferat, qui erit Dies secundus eiusdem mensis, in litera A. ei Anno seruiente; & hac ipsa Dominica, iuxta decretum SS. Patrum & Ecclesiæ, anno uenturo 1581. Die 2. noui Aprilis Sanctum Pasca resurrectionis celebrandum erit. Similiter etiam Anno 1582. Aureus numerus 6. diei Sexto ueteris Aprilis appositus indicabit similiter oppositionem luminarium post uernum. Aequinoctium fieri Sexta feria, Die 20. eiusdem mensis, & Dominica sequente cui adscripta est litera G. hoc est, Die 22. noui Aprilis, siue 8. ueteris S. Pasca fore celebrandum: quæ quidem Regula seruatur quoque in reliquis annis. Veruntamen, cum Pasca anno 1581. die 9. Aprili, & 1582. die 29. eiusdem mensis Anni innouati iuxta ueras oppositiones, ut ostendimus, rectè sit celebrandum, nescio quo pacto, saluis SS. Patrum decretis de Pascate rite celebrando, anno 1581. Die secundo Aprilis, & 1582. die 22. eiusdem mensis celebrari possit: cum inter utrumque Pasca, tam Anni 1581. quàm 1582. intersit spatiū dierum septem. Hoc autem absurdum, quod neminem latet; atque alia quamplurima, quæ longum esset recensere, coegerunt me Beatiss. Pater, sicuti iam dixi, ut experirer, si fortè possem huic malo succurrere. quod mihi iam fecisse uideor, quando Ephemerides unà cum suis numeris per 19. annos ad ueras luminarium coniunctiones, atque oppositiones inueniendas seruientes composui, easque in meo Calendario adscripsi. quæ ut nobis ad hoc negotium perpetuis,

temporibus seruiant, modum illis adhibui, quem supra lègentibus licet uidere. Quam ob rem, Aureos numeros dimittentes iis, qui uti illis uoluerint, ad huiusmodi coniunctiones & oppositiones in futurum inueniendas, nostros numeros in Calendario adscriptos adhibebimus. qui numeri si cui forte uidebuntur post 19. annorum spatium secundum suos computos non ita rectè cum ueris lunationibus conuenire: id ei minime mirum uideri debet, quoniam, ne traditiones à Patribus institutæ infringantur: in hac parte quantum potuimus, sequuti erimus antiquam Sacro S. Rom. Ecclesiæ consuetudinem, quam in regulis supputatoriis, computis, atque Calendariis, semper integros Dies solummodo respexisse, atque illis usam fuisse inuenimus; non autem eorum partibus. Satis enim ei semper fuit, atque in hoc acquieuit, Alexandro Picolomineo teste, si Quartadecima luna Primi mensis in punctum Aequinoctii, aut in ipsius Diem incidat, dummodo post ipsum Aequinoctium fiat. Nam prisci Latini Primum mensem appellarunt illum, cuius Luna quartadecima (ut scribit Stoefflerus Prop. 34. sui Calendarii) contingit in Aequinoctio, uel post, aut ante ipsum tam propè, ut sequens Dominica, quæ Pascalis existit, cadat immediate post Aequinoctium ipsum. Arbitrati enim sunt, nonnunquam Pascalem oppositionem Aequinoctium posse præcedere, ut nuncia esse possit futuri Pascatis, quod tamen sequatur ipsum Aequinoctium, & præcedat nunquam. Itaque diei Partes; hoc est horas & minuta, ac cætera huiusmodi, etiam si Quartadecima Luna intra potiorem partem diei Aequinoctij, aut in quamuis aliam eius particulam cecidisset, hactenus neglexit Ecclesia.

Dist. 12. e Ridiculum.

Quo

Quonam pacto per Tabulas, S. Paſcatis diem, nullo penè labore quiſque inuenire poteſt. Cap. XVII.

RELIQVVM eſt modò ut oſtendamus, quonam pacto, auxilio ſequentium Tabularum, quas iuxta collocationem numerorum noſtri cycli in Calendario, eo modo, quo ſupra oſtendimus, reparandorum;& iuxta modũ,quo uſi ſumus in præcedenti capite,ad hunc uſum confecimus,quiuis S. Diem Paſcæ reſurrectionis uno intuitu inuenire queat.Cum enim Sex ſolummodo,quæ ſatis nobis ad eam rem eſſe uidentur, confecerimus: Quinque tamen priores, ab Anno Domini 1581. & primo à Calendarij innouatione, incipientes, per Annos 812, hoc eſt, uſque ad Annum 2393. huic negotio deſeruient; Sexta uero & ultima erit perpetua. Nam inuento prius opera unius ex Quinque tabulis, propoſito anno ſeruientis, huiuſmodi Sacro die: huius indicio in Sexta reliquæ Feſtiuitates mobiles, quæ tam ante, quàm poſt ipſum diem celebrantur, unà cum numero Dominicarum, quæ cadunt inter feſtum Epiphaniæ Domini, & Dominicam ſeptuageſimæ, atque earum, quæ à Dominica S. Trinitatis, uſque ad Domini aduentum numerantur, inueniuntur. Sed quælibet ex prioribus Quinque tabulis, à ſiniſtra in dexteram, & à ſuperiori in inferiorem eius partem in 160. partes ita eſt diuiſa, ut, ea tantummodo parte relicta, quæ angulum ſiniſtrum ſupremum obtinet, reliquæ à ſiniſtra uerſus dexteram, Literas feriales, ſiue Dominicales contineant; eas uero, quæ à ſiniſtra huiuſmodi tabularum ſunt collocatæ, Cyclus lunaris, ſiue Numeri oppoſitionum luminarium occupent. cæteræ uerò partes, quæ 133. numero ſunt, Dies menſium, in quibus S. Paſca erit celebrandum, includant. Itaque per eas quæſitum Diem (modo quo oſtendemus) nullo negotio quiuis poterit inuenire. Verum ubicunque quis literam M. in præfatis tabulis ſcriptam repererit, Martium menſem ſignificare me uoluiſſe, ſciet.

ſcier. quando uero literam A. Aprilis menſis notam eſſe, cognoſcet. Cumque in una partium alicuius Tabulæ duos numeros ſimul inuenerit, numerum, cui appoſita fuerit litera b. Anno biſſextili, illum uetò, cui nihil erit appoſitum, communi nouerit deſeruire. Si quidem anno biſſextili (ut Cap. 13. annotauimus) ſemper uſu uenit, ob unius diei in menſe Februario intercalationem, ut Numeri cycli lunaris oſtendentes luminarium Coniunctiones & Oppoſitiones illius anni, in præcedentem diem reducantur. Quod ſi ita tranſpoſiti oſtendent Paſcalem oppoſitionem Sabbatho fieri, tunc S. Paſca, iuxta Regulam SS. Patrum, ſequenti die erit celebrandum. Exemplum Anno Domini biſſextili 1923. Vnitas erit numerus præfati cycli, diei 3. Aprilis appoſita, ob anteceſſionem Aequinoctij per diem unum, ut docet tabula Cap. 13. hoc eſt in ſequentem diem 4. transferenda. Verum ob intercalationem biſſextilem iterum in præfatum diē 3. eſt reducenda. Et quia Oppoſitio luminarium erit die Sabbathi: ideo ſequenti die; hoc eſt, 4. Aprilis, die Dominico, cui erit appoſita litera C. Sanctum Paſca celebrabitur. Quocirca in ſecunda Tabula in angulo Vnitatis & Literæ. C. annotauimus b. 4. A. quod indicat Anno illo biſſextili huiuſmodi Feſtum die 4. Aprilis eſſe celebrandum. Anno uero Domini communi 1771. eadem Vnitas erit numerus præfati cycli, & C. eadem litera, attamen, cum ob Aequinoctii anticipationem præfata Vnitas in 4. diem transferatur, ut indicat Tabula Cap. 13. & cum die Dominico fiat oppoſitio luminarium: idcirco ne ante Quartamdecimam lunam S. Paſcatis dies celebretur, in diem 11. Aprilis, hoc eſt, in ſequentem Dominicam erit transferendus. Quam obrem in præfata ſecunda Tabula in eo ipſo angulo iam memorato annotauimus 11. A. quod denotat, Die 11. Aprilis S. Paſca anno illo communi eſſe celebrandum. Et quod de his duobus memoratis numeris, ſiue diebus diximus, de cæteris quoque idem intelligendum. Cum igitur quiſpiam

ſcire

ſcire uoluerit, quonam die Martij, ſiue Aprilis uſu iſtarum tabularum, ſolennitas Diei S. Paſcatis quocunque anno erit celebranda: quærat primùm Literam dominicalem illi Anno ſeruientem, quam à cycli ſolaris Tabula, ſiue ex Rotulis præoſtéſis addiſcet. poſtea inueniat Numerum cycli lunaris iuxta Regulam, quam tradidimus de numeris huiuſmodi cycli inueniendis. quibus inuentis, à litera dominicali, in una ex præoſtenſis tabulis, ſecundum temporis opportunitatem quæſita deſcendendum eſt in medium tabulæ perpendiculariter, ad lineam, ſiue ordinem tranſuerſalem, quæ erit è regione numeri cycli inuenti: & ubicunque hæc duo ad angulum rectum concurrerint, inueniet Diem quæſitum arithmeticis characteribus notatũ, cum appoſita nota Martij, ſiue Aprilis menſium. Eſto igitur exempli cauſa, ut quis ſcire uelit, quo die Anni primi poſt correctionem Calendarii, qui erit Humanæ ſalutis 1581. Paſca reſurrectionis ſit celebrandum: inueniat is primò literam dominicalem, propoſito numero ſeruientem, quæ erit A. cum numerum cycli lunaris eiuſdem anni, qui erit Vnitas. poſt hæc ingrediatur priorem Tabulam, cuius principium eſt in præfato Anno 1581. & inuenta litera A. in frontiſpicio tabulæ inſcripta, in angulo ſiniſtro ſuperiori, & Vnitate in eodem latere notata, deſcendat à ſummitate ipſius tabulæ; & à leua uerſus dexteram procedat: ubi numerum 9. ſcriptum, ſimul cum litera A. inueniet, quæ erunt notæ Noni diei Aprilis, quod quidem indicabit huiuſmodi die, anno Domini propoſito, S. Paſca, iuxta Sacro S. Rom. Eccleſiæ conſuetudinem, ac SS. Patrum decreta, poſt Quartamdecimam lunam, die Dominico proximo, qui cadit in præfatum diem, celebrandum eſſe. Quæ quidem Regula ſi in aliis annis futuris obſeruetur, poterit quiſque paruo, immo uero nullo labore cuiuſcunque Anni propoſiti huiuſmodi S. Diem inuenire. Sed tamen, cum S. Paſca ſit caput (ut diximus) aliarum feſtiuitatum mobilium: cognito die Paſcatis, cætera feſta tenenti dierum

nume-

Tabula Prima, ad inueniendum S. Pascha ab Anno Domini 1581. usque ad 1696. deseruiens; per quod temporis spatium Numeri cycli uersus fines mensium non transferuntur.

Literæ feriales, siue Dominicales currentibus Annis seruientes.

	1581.	A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.
NVMERI CYCLI LVNARIS.	1	9. A.	10. A.	4. A.	0.	6. A.	0.	8. A.
	2	23. A.	24. A.	25. A.	26. A.	27. A.	28. A.	29. A.
	3	0.	17. A.	18. A.	0.	13. A.	14. A.	15. A.
	4	2. A.	3. A.	0.	5. A.	6. A.	7. A.	0.
	5	0.	24. A.	25. A.	19. A.	20. A.	0.	22. A.
	6	9. A.	10. A.	11. A.	12. A.	13. A.	14. A.	0
	7	2. A.	3. A.	0.	29. M.	30. M.	0.	1. A.
	8	16. A.	0.	18. A.	19. A.	0.	21. A.	15. A.
	9	0.	10. A.	11. A.	5. A.	6 A.	7. A.	8. A.
	10	26. M.	0.	28. M.	29. M.	30. M.	31. M.	0.
	11	0.	17. A.	18. A.	19. A.	0.	14. A.	15. A.
	12	2. A.	3. A.	4. A.	0.	6. A.	7. A.	0.
	13	23. A.	24. A.	0.	26. A.	20. A.	21. A.	22. A.
	14	16. A.	0.	11. A.	0.	13. A.	14. A.	15. A.
	15	2. A.	3. A.	0.	5. A.	6. A.	31. M.	0.
	16	23. A.	0.	18. A.	19. A.	20. A.	0.	22. A.
	17	9. A.	10. A.	11. A.	12. A.	0.	7. A.	8. A.
	18	2. A.	3. A	28. M.	0.	30. M.	0.	1. A.
	19	16. A.	17. A.	18. A.	19. A.	0.	21. A.	15. A.

Tabula Secunda, ad inueniendum S. Pascha, ab Anno Domini 1696. usque ad 1812. & ab Anno 1890. usque ad Annum 1928. duratura; in quibus Annis Numeri cycli lunaris in Calendario per diem unum uersus finem mensium transferuntur.

Literæ feriales, siue Dominicales currentibus Annis seruientes,

	1696. 1890.	A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.
NVMERI CYCLI LVNARIS.	1	9. A.	o.	b.4.A. / 11.A.	5. A.	6. A.	7. A.	o.
	2	o.	24. A.	25. A.	26. A.	27. A.	28. A.	29. A.
	3	16. A.	o.	18. A.	19. A.	13. A.	14. A.	o.
	4	2. A.	3. A.	4. A.	5. A.	o.	7. A.	8. A.
	5	23. A.	24. A.	25. A.	o.	20. A.	21. A.	o.
	6	b.9.A / 16.A	10. A.	o.	12. A.	13. A.	o.	15. A.
	7	2. A.	o.	4. A.	o	30. M.	31. M.	1. A.
	8	b.16.A / 23 A	17. A.	o.	19. A.	20. A.	21. A.	22. A.
	9	9. A.	o.	11. A.	12. A.	b.6.A. / 13.A.	7. A.	8. A.
	10	o.	27. M.	28. M.	29. M.	o.	31. M.	1. A.
	11	16 A.	17. A.	18. A.	o.	20. A.	21. A.	15. A.
	12	9. A.	3. A.	o.	5. A.	o.	7. A.	8. A.
	13	23. A.	24. A.	25. A.	o.	27. A.	21. A.	22. A.
	14	16. A.	17. A.	o.	12. A.	13. A.	14. A.	15. A.
	15	2. A.	3. A.	4. A.	5. A.	6. A.	o.	1. A.
	16	23. A.	24. A.	25. A.	19. A.	o.	21. A.	22 A.
	17	9. A.	10. A.	11. A.	12 A.	13. A.	o.	8. A.
	18	2. A.	3. A.	4. A.	29. M.	o	31. M.	1. A.
	19	o.	17. A.	18. A.	19. A.	20. A.	21. A.	b.15.A / 22.A

Tabula Tertia, ad inueniendum S. Pasca, ab Anno Domini 1582. usque ad 1890. & ab Anno 1928. usque ad Annum 2044. duratura: quibus Annis Numeri cycli lunaris per duos dies ulterius uersus finem mensium in Calendario transferuntur.

Literæ feriales, siue Dominicales currentibus Annis seruientes.

NVMERI CYCLI LVNARIS. 1812. 1928.	A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.
1	9. A.	10. A.	11. A.	12. A.	6. A.	.0.	8. A.
2	26. M.	0.	b25. A|28. M	29. M.	0.	31. M.	b29. A.|1. A.
3.	0.	17. A.	18. A.	19. A.	b13. A|20. A.	14. A.	15. A.
4	9. A.	3. A.	4. A.	5. A.	6. A.	7. A.	0.
5	0.	24. A.	25. A.	b19. A|26. A	27. A.	21. A.	22. A.
6	16. A.	b10. A|17. A.	11. A.	12. A.	13. A.	14. A.	0
7	0.	3. A.	4. A.	5. A.	6. A.	31. M.	1. A.
8	23. A.	24. A.	18. A.	19. A.	20. A.	21. A.	22. A.
9	9. A.	10. A.	0.	12. A.	13. A.	b.7. A|14. A.	8. A.
10	2. A.	0.	28. M.	29. M.	30. M.	31. M.	1. A.
11	16. A.	17. A.	0.	19. A.	20. A.	21. A.	22. A.
12	9 A.	0.	4. A.	5. A.	6. A.	7. A.	8. A.
13	0.	24. A.	25. A.	26. A.	0.	28. A.	22. A.
14	16. A.	17. A.	18. A.	0.	13. A.	14. A.	15. A.
15	2. A.	3. A.	4. A.	5. A.	6. A.	7. A.	8. A.
16	23. A.	24. A.	25. A.	0.	20. A.	21. A.	22. A.
17	9. A.	10. A.	0.	12. A.	13. A.	14. A.	0.
18	2. A.	3. A.	4. A.	b29. M|5. A.	30. M.	0.	1. A.
19	b16. A|23. A.	17. A.	18. A.	19. A.	20. A.	21. A.	22 A.

Tabula Quarta, ad inueniendum S. Pasca, ab Anno Domini 2044. usque ad 2160. & ab Anno 2200. usque ad 2276. duratura; quibus Annis Numeri cycli lunaris in Calendario per tres dies ulterius uersus fines mensium transferuntur.

Literæ feriales, siue Dominicales currentibus Annis seruientes.

NVMERI CYCLI LVNARIS. 2044. 2200.	A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.
1	9. A.	10. A.	11. A.	12. A.	o.	7. A.	8. A.
2	o.	27. M.	28. M.	29. M.	30. M.	31. M.	1. A.
3	16. A.	17. A.	18. A.	19. A.	20 A.	21. A.	o.
4	o.	10. A.	4. A.	5. A.	6. A.	7. A.	8. A.
5	23. A.	24. A.	25. A.	26. A.	27. A.	b 21. A | 28. A	o.
6	16. A.	17. A.	o.	12. A.	13. A.	14. A.	15. A.
7	2. A.	o.	4. A.	5. A.	6. A.	7. A.	8. A.
8	23. A.	24. A.	o.	19. A.	20. A.	21. A.	22. A.
9	9. A.	o.	11. A.	12. A.	13. A.	14. A.	15. A.
10	2. A.	3. A.	4. A.	29. M.	30. M.	31. M.	1. A.
11	b 16. A | 23. A	o.	18. A.	19. A.	20. A.	21. A.	22. A.
12	o.	10. A.	b 4. A | 11. A.	5. A.	o.	7. A.	8. A.
13	23. A.	24. A.	25. A.	o.	27. A.	28. A.	22. A.
14	16. A.	17. A.	18. A.	19. A.	13. A.	14 A.	15. A.
15	9. A.	3. A.	4. A.	o.	6. A.	7. A.	8. A.
16	23. A.	24. A.	o.	26. A.	b 20. A | 27. A	21. A.	o.
17	16. A.	10. A.	11. A.	12. A.	13. A.	o.	15. A.
18	2. A.	3. A.	4. A.	5. A.	o.	31. M.	1. A.
19	23. A.	24. A.	18. A.	19. A.	20. A.	o.	22. A.

Tabula Quinta, ad inueniendum S. Pascha, ab Anno Domini 2160. usque ad 2201. & ab Anno 2276. usque ad 2392. seruitura: quibus Annis Numeri cycli lunaris in Calendario per dies quatuor ulterius uersus fines mensium transferuntur.

Literæ feriales, siue Dominicales currentibus Annis seruientes.

NVMERI CYCLI LVNARIS. 2160. 2276.	A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.
1	9. A.	10. A.	11. A.	12. A.	13. A.	o.	8. A.
2	2. A.	3. A.	28. M.	29. M.	o.	31. M.	1. A.
3	16. A.	17. A.	18. A.	o.	20 A.	21. A.	22. A.
4	9. A.	o.	4. A.	5. A.	o.	7. A.	8. A.
5	o.	24. A.	25. A.	26. A.	27. A.	28. A.	29. A.
6	16 A.	17. A.	18. A.	19. A.	13. A.	14. A.	o.
7	o.	3. A.	4. A.	5. A.	6. A.	o.	b.1.A.|8.A.
8	23. A.	24. A.	25. A.	o.	20. A.	21. A.	o.
9	b.9.A|16.A.	10. A.	o.	12. A.	13. A.	14. A.	15. A.
10	2. A.	o.	4. A.	5. A.	30. M.	31. M.	1. A.
11	o.	b.17.A|24.A	o.	19. A.	20. A.	21. A.	22. A.
12	9. A.	o.	11. A.	12. A.	6. A.	7. A.	8. A.
13	o.	24. A.	o.	26. A.	27. A.	28 A.	29. A.
14	16. A.	o.	18. A.	19. A.	b.13.A|20.A	14. A.	15. A.
15	9 A.	10. A.	4. A.	5. A.	o.	7. A.	8. A.
16	23. A.	24. A.	25. A.	o.	27. A.	28. A.	22. A.
17	16. A.	17. A.	o.	12. A.	o.	14. A.	15. A.
18	2. A.	3. A.	4. A.	o.	6. A.	7. A.	1. A.
19	23. A.	24. A.	o.	19. A.	20. A.	21. A.	o.

Tabula perpetua, ad inueniendas Solennitates, quæ Mobiles nuncupantur, & Dominicas post Epiphaniam & Pentecosten; inuento prius S. Pascatis die.

Anno illo ĩ quo S. Pasca resurrectionis celebrabitur Die.	Dominicæ post Epiphaniam erunt	Septuagesima in Annis communibus erit Die.	Septuagesima in Annis bissextilibus erit Die.	Dies cinerum in Annis communibus erit Die.	Dies cinerũ in Annis bissextilibus erit Die.	Ascensio Do nostri IESV CHRISTI erit Die.	DIES PENTECOSTES erit Die.	Solennitas corporis CHRISTI erit Die.	Dominicæ post pentecostẽ erũt.	Dominica prima Aduentus Domini erit Die.
25. Mar.	2	21. Ian.	22. Ian.	7. Febr.	8. Febr.	3. Maij.	13. Maij.	24. Maij	28	2. Decẽ.
26.	2	22.	23.	8.	9.	4.	14.	25.	28	3.
27.	2	23.	24.	9.	10.	5.	15.	26.	27	27. Nou.
28.	2	24.	25.	10.	11.	6.	16.	27.	27	28.
29.	2	25.	26.	11.	12.	7.	17.	28.	27	29.
30.	2	26.	27.	12.	13.	8.	18.	29.	27	30.
31.	2	27.	28.	13.	14.	9.	19.	30.	27	1. Decẽ.
1. April.	3	28.	29.	14.	15.	10.	20.	31.	27	2.
2.	3	29.	30.	15.	16.	11.	21.	1. Iunij.	27	3.
3.	3	30.	31.	16.	17.	12.	22.	2.	26	27. Nou.
4.	3	31.	1. Febr.	17.	18.	13.	23.	3.	26	28.
5.	3	1. Febr.	2.	18.	19.	14.	24.	4.	26	29.
6.	3	2.	3.	19.	20.	15.	25.	5.	26	30.
7.	3	3.	4.	20.	21.	16.	26.	6.	26	1. Decẽ.
8.	4	4.	5.	21.	22.	17.	27.	7.	26	2.
9.	4	5.	6.	22.	23.	18.	28.	8.	26	3.
10.	4	6.	7.	23.	24.	19.	29.	9.	25	27. Nou.
11.	4	7.	8.	24.	25.	20.	30.	10.	25	28.
12.	4	8.	9.	25.	26.	21.	31.	11.	25	29.
13.	4	9.	10.	26.	27.	22.	1. Iunij.	12.	25	30.
14.	4	10.	11.	27.	28.	23.	2.	13.	25	1. Decẽ.
15.	5	11.	12.	28.	29.	24.	3.	14.	25	2.

RESIDVVM TABVLAE PERPETVAE.

16.	5	12.	13.	1. Mart.	1. Mart.	25.	4.	15.	25	3.
17.	5	13.	14.	2.	2.	26.	5.	16.	24	27 Nou.
18.	5	14.	15.	3.	3.	27.	6.	17.	24	28.
19.	5	15.	16.	4.	4.	28.	7.	18.	24	29.
20.	5	16.	17.	5.	5.	29.	8.	19.	24	30.
21.	5	17.	18.	6.	6.	30.	9.	20.	24	1. Decē.
22.	6	18.	19.	7.	7.	31.	10.	21.	24	2.
23.	6	19.	20.	8.	8.	1. Iunij.	11.	22.	24	3.
24.	6	20.	21.	9.	9.	2.	12.	23.	23	27 Nou.
25.	6	21.	22.	10.	10.	3.	13.	24.	23	28.
26.	6	22.	23.	11.	11.	4.	14.	25.	23	29.
27.	6	23.	24.	12.	12.	5.	15.	26.	23	30.
28.	6	24.	25.	13.	13.	6.	16.	27.	23	1. Decē.
29.	7	25.	26.	14.	14.	7.	17.	28.	23	2.
30.	7	26.	27.	15.	15.	8.	18.	29.	23	3.

numerum, quo festum à festo distet, facile erit cognoscere, quibus diebus mensium singula celebrentur. Ascensio enim Domini à Pascate distat 40. dierum numero. Pentecostes ab Ascensione dierum 11. Pasca rursus à Die cinerum dierum 47. & huiusmodi dies à Septuagesima dierum 18. Quam obrem, ut omnia facilè discantur: Sextam tabulam composuimus, in qua omnia ritè & apposite cognoscentur. Eam uero ita elaborauimus, ut perpetuò huic negotio deseruire possit. Nam cum eius latitudo in Vndecim columnas sit distributa: in prima sunt adscripti Dies mensium, in quibus S. Pasca resurrectionis singulis annis erit celebrandum; in Secunda continentur Numeri hebdomadarum, quæ cadunt inter festum Epiphaniæ Domini, ac dominicam Septuagesimæ; in Tertia, & Quarta inueniuntur Dies, in quos cadit hæc Dominica: sed Tertia Annis communibus, Quarta uero bissextilibus seruiet. Eo pacto etiam Quinta & Sexta Dies

cinerum

cinerum ostendunt; hæc annis bissextilibus, illa uero annis communibus. Septima continet dies Maij, uel Iunij; quibus Ascensio Domini; Octaua ostendit, quoto die mensis Maij, uel Iunij, solennitas Pentecostes; Nona, quonam die horum mensium solennitas Sacrosanctæ Eucharistiæ, quæ à Pentecoste distat 12. dierum numero, sit celebranda. Decima uero indicat numerum Dominicarum post Pentecostē, usque ad aduentum Domini. Veruntamen, Vndecima & Vltima complectitur Dies, quibus Dominica prima aduentus cadet. Si quis igitur, per hanc Tabulam uoluerit hæc omnia singulis annis addiscere: opus erit in primis scire, auxilio unius ex præfatis tabulis, Diem S. Pascæ, postea diem illum in prima huius tabulæ columna inuenire. quo inuento, in eadem linea è regione uersus dexteram reperiet, quæ in illo Anno proposito, illi opus erat scire. Si ergo quispiam scire uoluerit Anno Domini uenturo 1581. quo die Pasca S. erit celebrandum, cæteraque festa Mobilia, & quæ sequuntur: in prima ex præostensis tabulis primò indagabit Diem huiusmodi festi, qui erit Die 9. Aprilis: cum quo diei numero transibit postea ad primam columnam, in sinistro latere præsentis tabulæ, & inueniet è regione illius diei per totam lineam omnia, quæ illo Anno circa festa Mobilia accidere possunt, ut puta, Dominicas inter Epiphaniam Domini & Septuagesimam numero esse quatuor; Septuagesimam, cum iste annus non sit bissextilis, Die 5. Februarij accidere; Diem cinerum, 22. eiusdem mensis; Ascensionem Domini, 18. Maij; Diem Pentecostes. 28. eiusdem mensis; Solennitatem sacratissimi corporis Christi die 8. Iunij; Dominicas à festo S. Trinitatis usque ad Domini aduentum numero 26. Aduentum denique Domini die 3. Decembris futurum esse. Quæ Regula in aliis quoq; Annis sequentibus tenenda erit. Verum prætereundum non est, quòd, cum singulis 116. Annis, ut Cap. 13. docuimus, Numerus cycli lunaris ulterius per diem unum uersus finem mensis in Calendario sit transferendus,

ferendus, ſingulis uero 310. annis per unum quoque diem uerſus principium menſis ſit reducendus; fieri non poteſt, ut unica Tabula huic negotio deſeruiat. ideo neceſſe fuit 116. annis primis peractis, nouam tabulam efficere, ob præfati Numeri translationem, & ita Secundam, Tertiam, Quartam, & Quintam tabulam addere. Quia uero poſt uſum præfatarum Quinque tabularum, Numeri cycli in Calendario præter dies Quatuor, ad quos has tabulas computando deduximus, plus ultra erunt transferendi: tunc neceſſe erit, omnia feſta uentura ad alium calculum reuocare; & alias quoque Tabulas conficere, ut præfatus S. Dies ritè cognoſcatur, ac cæteræ feſtiuitates ſuo tempore celebrentur. Has autem Quinque tabulas ab Anno Chriſti 1581. uſque ad Annum 2392. per annos 812. duraturas exarauimus: quod ſatis eſſe duximus ad oſtendendum commode, quonam pacto tota hæc res, de qua hucuſque tractauimus, ſatis longo temporis interuallo ſit proceſſura.

De uero Termino Paſcali. Cap. XVIII.

CVM adhuc de Inuentione S. diei Paſcatis locuti ſimus: æquum eſt in poſterum, ut de eius termino, hoc eſt de Interuallo dierum, in quo huiuſmodi dies poteſt cadere, aliquid dicamus. Quamobrem, cum nonnulli Paſcæ limites, Lunas quartas decimas primi menſis uocent, in quibus Chriſti fideles nunquam celebrant S. Paſca; ſed Dominicis proximè ſequentibus. Ego uero hoc loco Terminos Paſcales intelligo extremitates, hoc eſt principium, ac finem temporis illius interualli, in quo feſtiuitas S. Paſcatis in Martio, ſiue Aprili menſibus accidet celebrari: qui quidem termini à Die 25. Martij, uſque ad incluſum diem 30. Aprilis erunt. Cum enim Aequinoctium uernum rariſſimè cadat in diem 24. Martij, & communiter in diem 25. ut oſtendimus, ſi uerum Solis locum, ac ueras lumina-

luminarium oppositiones sequi uelimus: quando fient præfato die 24. & die Sabbathi, Aequinoctio in ipso existente: dubium non est, quin dies sequens Dominicus, qui erit 25. aptus futurus sit ad S.Pascę celebrationem; quando uero die Dominico, tunc in sequentem Dominicam erit transferenda. Quod quam rarò contingere possit, hinc patere potest: quòd spatio Annorum 812. in Quinque ostensis tabulis, ne semel quidem contigisse deprehenditur. Quare Dies 25. Martij statuendus est pro primo limite Pascali. Sed cum Aequinoctium, ut ostendimus, in aliam diem Martij suam sedem non transferat, & sæpenumero contingat, ut præfatæ oppositiones fiant iuxta ueram supputationem Die 23. mensis Aprilis, & Die Dominico, existente A. litera dominicali illius anni: tunc quidem hæc solennitas ad sequentem Dominicam, hoc est, in Diem 30. eiusdem mensis erit transferenda: quemadmodum accidet Anno Domini bissextili *1609*. quod existimo non esse prætermittendum: tunc enim 10. Numerus cycli, ostendens Pascalem oppositionem, diei 25. Martij appositus, cum nulla ratione transferatur uersus finem mensis, ratione solummodo intercalationis, quæ fit eo anno in mense Februario, in diem 24. eiusdem mensis Martij erit transferendus: in quo die Sabbathi ante æquinoctiũ erit oppositio luminarium. Quam ob rem si Canon, præcipiens, S. Pasca post Aequinoctium Dominico die, sequente Quartamdecimam lunam, celebrari debere, obseruandus fuerit, pro oppositione Pascali habenda, 10. Numerus cycli, diei 24. Aprilis adscriptus, erit accipiendus. qui Numerus, ob diem in Februario intercalatum, ad diem 23. litera A. obsignatum, erit similiter reducendus. Cum uero ipsa oppositio fiat die Dominico, præfata celebratio in sequentem Dominicam, quæ erit 30. die Aprilis, proculdubio erit trãsferenda. Sed quia ultra huiusmodi diem non datur progressus, ideo Dies 30. Aprilis erit secundus limes, Pascati affigendus. Verum, cum regula Latinorum in fine Cap. 13. de

luna Quartadecima dicat, nonnunquam pascalem oppositionem Aequinoctium & posse præcedere, & nunciam esse futuri pascatis, quòd ipsum Aequinoctium sequatur, & nunquam præcedat: oppositione diei 24. Martij accepta, festiuitas hæc etiam die 26. huius mensis rite poterit celebrari. Sed cum celebratio, quæ fiet die 30. Aprilis, nimium uidea tur distare à celebratione, quæ reliquis annis fiet die 28. 29. 30. & 31. Martij, ut ordo dierum, qui sub 10. numero cycli collocati sunt, in prima Tabula seruetur: uolui, huiusmodi numeris, siue diebus, prætermisso die 30. Aprilis, diem 26. Martij adiungi. Quocirca, Pater Beatiss. nolui, hoc sanctitati tuæ non patefactum esse, quod in hac re tam magna aliquid difficultatis afferre potest. Tuum igitur erit, alterum ex his duobus eligere, quod huic tam magno negotio magis tibi uidebitur expedire; ac præcipere, ut in toto orbe terrarum ab omnibus Christi fidelibus obseruetur: ne in præfato die celebrando, aliquid posthac diuersitatis oriatur. Cum igitur Primus Pascalis terminus, iuxta nostram supputationem, Beatiss. Pater, Vigesimum quintum diem Martij obtineat, propterea quòd in Vigesimoquinto die præfato eiusdem mensis contingat locum habere: hinc accidet, ut dies Annunciationis B. Mariæ, in diem Pascatis quandoque cadat. Quemadmodum uero ad hanc diem Pascalis terminus fuit die 25. Aprilis; hoc est, die B. Marci euangelistæ constitutus: ita posthac, cum per te, Maxime Pont. ad formam, quam descripsimus, Annus fuerit redactus, erit die Trigesimo Aprilis, ut erat demonstrandum. Quæ cum ita sint, uerum erit dicere, Primum terminum Pascalem esse Diem 25. mensis Martij, alterum uero diem Trigesimum Aprilis; ac totum hoc dierum interuallum esse Dierum 37. utroque, uidelicet 25. Martij, ac 30. Aprilis, incluso, ut apparet in Tabula præostensa. quod quidem est intelligendum; si præfatum S. Diem ueris oppositionibus, aut nostris numeris in Calendario appositis & ea Regula, quam ostendimus, inuestigabimus.

ftigabimus. Nam secus esset dicendum, si solitis & usitatis Aureis numeris, iuxta ueterem consuetudinem, oppositiones præfatæ, & Quartædecimæ lunæ, ac præfatus dies S. Pascatis esset perquirendus. Insuper animaduertendum est, quotiescunque dies S. Pascæ inciderit in 29. & 30. Aprilis, Dominicas post Epiphaniam Domini usque ad Dominicam septuagesimæ fore numero Septem; & à festo S. Trinitatis usque ad Dominicam aduentus Domini Dominicas numero 23. tantùm. Cum uero in Missali atque Breuiario præfatæ Dominicæ post Epiphaniam non sint nisi Sex, necesse erit, aliam Dominicam adiungere, ut omnes Dominicæ suum habeant officium. quod factu erit facile, quando in Missa ex Nouo testamento Epistola & Euangelium; in officio autem Breuiarij Lectiones, Sermones, ac Homilia, ex sacris libris & Sacrorum doctorum scriptis exerptæ ei tempori accommodari poterunt. & circa eius celebrationem idem ordo tenendus erit, qui adhuc circa alias Dominicas post Epiphaniam & Pentecosten est seruatus.

De initio Diei naturalis, de Diuersitate meridianorum, ac de usu Numerorum cycli lunaris. Cap. XIX.

VERUNTAMEN antequam finis huic operi imponatur Beatiss. Pater, tria mihi in præsentiarum occurrunt tractanda, unum circa Diei initium, alterum circa diuersitatem Meridianorum; tertium circa usum Numerorum cycli lunaris. Quantum ad primum non est, quòd aliquis miretur, me in hoc meo Tractatu de Vera anni forma, siue de Recta eius emendatione Diem non à meridie, ut maxima pars eorum, qui Astronomicam disciplinam profitentur, sed ab occasu Solis incœpisse. quod quidem duabus causis adductus feci; prima, quia, quemadmodum Sanctitas tua probe nouit, Sacrosancta Rom. ecclesia innixa auctoritate diuinæ Scripturæ (Leuit. 23. A uespera us-

que ad uesperam celebrabitis Sabbatha uestra) circa celebrationes diuinorum D. Tho. aquinate, Hostiense, Turrecremata, Goffredo, & aliis quamplurimis testibus, Diei initium à Vesperis semper sumpsit; Archidiaconus quoque asserit, iuxta computationem Ecclesiæ Diem naturalem à uesperis præcedentis diei incipere, & usque ad uesperas sequentis protendi; Panormitanus uero circa Ieiunium & abstinentiam carnium, diem ipsum à media nocte incohare. ait enim cœnæ terminum, quando dies Ieiunij, uel Sexta feria sequitur, mediam noctem esse. Altera uero causa fuit, quòd animaduerti me, incipiendo Diem à meridie, sedem Aequinoctij in Die 25. Martij perpetuò ita firmare non posse, ut quolibet Anno ante bissextilem in 24. diem suam sedem non transferret; nec Dies & diei partes quando Sol ingreditur Arietem, similiter coniunctiones & oppositiones luminarium, quæ in Ephemeridibus ad hoc exaratis, addiscuntur, ab ijs, ad quos spectat hanc rem cognoscere, facile percipi posse. præsertim cum opus sit prius tempus à meridie eis adscriptum, postea ad horas meridianas postmeridianas addere, & ex productis demere spatium 24. horarum, ut tempus Aequinoctij, coniunctionum & oppositionum luminarium ad horas nostri horologii reducatur, res sanè molesta, si non difficilis iis, qui in huiusmodi supputationibus parum sunt uersati. Quocirca ut res facile ab omnibus perciperetur, ad Diem & horas, quæ à Solis occasu incipiunt, me conuerti, & ad usum nostri horologii omnia supputare uolui, & maximo omnium commodo singulis Annis anni magni, excepto 24. Aequinoctium Die 25. Martii, ut in Tabula descriptionis Anni magni ab omnibus cognosci potest, stabilitui. quæ res quidem in conficiendis præostensis Quinque tabulis ad inueniendum S. Diem Pascatis mihi magno adiumento fuit. Veruntamen, ut ad Secundum ueniam, Principium diei naturalis, siue sumatur à meridie, siue ab occasu Solis parui refert, modò supputationes temporum rectè fiant.


Quol. 5. arti. 28. De consf. dist. 3. ca. pronunciādum. De Feriis c. 1.

fiant. Omnes enim ſupputationes ſecundum longitudinem & latitudinem ad meridianum quoruncumque locorum fieri ſolent, quorum differentiæ, additis, uel ſublatis temporum interuallis, quibus alius diſtat ab alio, ut decet, rectè æquatur. Oriuntur enim Meridianorum diuerſitates, ob terræ ſphæricitatem, ſiue globoſitatem: quia cum ea ita ſit (ut ex aſtronomicis Demonſtrationibus notum eſſe poteſt) nõ uno eodemque tempore ubique, ſed ſucceſſiue à Sole illuminatur; quod manifeſte ex eo patet. quia nobis oriente Sole, fit Dies; iis uero, qui in Hiſpania degunt adhuc nox eſt; & nobis Sole in meridie exiſtente, oppoſitam partem habitantibus nox eſt media; cum uero eis Sol occidit, nobis Dies oriri incipit; cum circulus meridianus & noſtrum horizon ſint nobis cum illis communes. Ille enim per polos mundi, & per noſtrum atque eorum Zenith tranſit; & Horizon ad angulos rectos ſphærales à meridionali circulo interſecatur, ex quo quidem oritur maxima illa diſtantia, quæ inter meridianos circulos cadere poteſt. Eis autem, quorum meridiani ſunt diuerſi, opus eſt etiam Dies, ſiue Nox aliis maturius, aut tardius fieri, quàm aliis, atq; ita aliis ſit Dies dominicus, aliis uero adhuc Dies Sabbathi, & è contra. Ex quo fit, ut ingreſſus Solis in Arietem, licet omnibus populis idem ſit in Octaua ſphęra, ut Cap. 8. docuimus, tamen iuxta locorum, ſiue meridianorũ diuerſitatem recipiat horarum & ipſarum partium uarias denominationum differentias, quando huiuſmodi Ingreſſus alio in loco meridie, aut occaſu Solis, alio uero nocte media, ſiue Solis ortu fieri contingit. Quod cum ita ſit Beatiſs. Pater, & placuerit SS. Patribus, ac Nicænæ ſynodo, ut uno, eodemque die in uniuerſitate Chriſtianorum S. Paſca celebraretur: uidetur ob hanc diuerſitatem hoc minimè fieri poſſe. Non enim theatrum Mundi uniuerſi, quem hodie Chriſti fideles paſſim ferè incolunt, eſt ut tota Iudæa, formam trapezij, ſiue potius rhombi retinens, quæ paulo plus, aut minus Grad. 2.30. tam longitudinis, quàm latitudinis

dinis habet: in qua omnes Iudæi ex Dei præcepto una, eademque hora tunc temporis poterant suum Pasca celebrare; quod cum Christianis ob antedictam diei diuersitatem minimè concedatur: nihilominus si res diligentius perpendatur, non erit hoc impossibile factu: quia Oppositio luminarium, quæcunque illa sit, quæ in uno loco ipsum Aequinoctium præcedit, uel sequatur, quemadmodum etiam diximus de Aequinoctio, eadem fieri in toto terræ ambitu, necesse est. quod quidem manifeste apparet, si uera est temporis additio, uel subtractio, quæ fit à tempore meridiei unius ciuitatis ab altero. Quapropter ob meridianorum differentias nullus error contingere potest in S. Pascæ celebratione; quemadmodum etiam animaduertit Iohannes Stoefflerus, Prop. 40. sui Calendarij; nisi in ea oppositione, quæ in eodem puncto quibusdam fit ante occasum Solis in die Sabbathi, quibusdam uero post: quia uidetur, ab iis S. Pasca ipso die Dominico minimè celebrari posse, sed in Dominicam sequentem esse transferendum. quod quidem exemplo fiet manifestius. Esto linea a b. horizon almæ urbis Romæ ad longit. 36. 40. & c d. horizon Vlyssiponæ ciuitatis Hispaniarum ad longitu. 4. 18: sit præterea Romæ oppositio luminarium post occasum Solis diei sabbathi unius horæ interuallo; ita ut Luna supra Romæ horizontem in oriente teneat partem a: Sol uero sub eodem horizonte in occidente occupet partem b. Non est dubium, quin hæc oppositio fiat Romæ nocte diei Dominici hora prima: habitantibus uero Vlyssiponæ, quæ est Roma occidentalior, Luna sub horizonte huius ciuitatis in orięte c. & Sole supra eundem horizontem in occidente d. ante suum occasum, existentibus, fiat Die sabbathi. Verum iuxta Regulam SS. Patrum S. Pasca, die Dominico statim sequente oppositionem luminarium cum sit celebrandum, hæc oppositio Romæ commorantibus indicabit præfatum S. Diem in sequentem Dominicam esse transferendum; incolis autem Vlyssiponæ, cum non-

dum

dum dies Sabbathi apud eos sit transactus, ostendet diem sequentem aptum esse ad S. Pascæ solennitatem. Quod uero dictum est de Roma & Vlyssipona, idem est dicendum de aliis ciuitatibus, tam maioris; quàm minoris longitudinis: si quidem quantò magis fuerint Roma orientaliores, tanto minus præfatus dies Dominicus erit eis aptus ad S. Pascæ ce



lebrationem. contra uero aptior erit his, quæ fuerint occidentaliores. Vnde fit, ut hii, qui Alexandriam, cuius longit. est 60. 30. uel, qui Ierosolymam longitudinis 66. 15. incolunt, eodem die minus cum iis, qui Vlyssiponæ sunt, nequeant rectè S. Pasca celebrare: sed in sequentem Dominicam, ut diximus, ab eis sit transferendum. Ex quo sequi uidetur

detur de præfata celebratione regulam firmam, ac diem statum tradi non posse, siue à meridie, siue ab occasu Solis, siue à nocte media, siue aliũde diei naturalis sumatur initium. Quod quidem (ut arbitror) SS. illi Nicænæ synodi Patres, ac Rom. Pontifices cognoscentes, relictis semper dierum partibus, integros tantùm dies respicientes in hoc acquieuerunt, ut Tabulam Dionysii Abbatis Romani de S. Pascate inueniendo longo tempore tollerarent, ne qua confusio ex huius rei difficultate oriretur, sed potius tolleretur. Quam Tabulam, tam ob Aequinoctii in die 21. Martii obfirmationem, quàm ob Aureorum numerorum, quos ille in suis computis adhibuit, exorbitationem: uerum diem S. Pascatis non posse ostendere, iam pridem est compertum. Quibus Numeris si eo pacto, quo à nobis occursum fuisset, nullum profectò de Anni reparatione, siue correctione, quam tu, Pater Beatiss. sedulò curas, negotium tibi relictum esset. Quoniam uero hæc diuersitas non potest contingere (ut diximus) nisi quando oppositio luminarium fit propè initium Dominicę: ideò ut omnes Christi fideles S. Pasca uno, eodemque die celebrent; supputatis rectè temporibus Aequinoctii, & oppositionum luminarium ab occasu Solis almæ Vrbis Romæ, quæ est sedes Christi Vicarii, aliarumque Vrbium caput, ex his dies, & menses ueri Pascatis inuenti omnibus ciuitatibus & locis, tanquam membris à capite totius

12.c.non decet: & c.Præceptis,

Christianæ Reip. rectis, pro S. Pascatis celebratione tradantur obseruandi; ut omnes in quocunque loco degentes, cum Sacrosancta Rom. Ecclesia Pasca resurrectionis celebrent, ac si essent Romæ. Verum hæc satis multa de Secundo proposito, restat, ut de Tertio aliquid dicam. Tertium, quod proposueram tractandum, Beatiss. Pater, est de usu numerorum cycli lunaris, quos Aureos uocauere, nunc nonnulli Plumbeos, quod iam ad ostendendas lunationes & oppositiones luminarium processu temporis inualidi sint effecti, propterea quòd eos ne in terris quidem locum habere

uolue-

uoluerunt. Verum, cum S. Ecclesia in Tabulis ad inueniendum S. diem Pascatis eis semper sit usa, non erant ita aspernendi, & reiiciendi, ut si nihil adiumenti in hoc negotio afferre possent. immo uero cum à S. Synodo Nicæna usque adhuc passa sit eos qualitercunque fungi suo officio, ostendendum potius erat, quonam pacto adiuuari, atque corrigi possent. quod nos fecimus, ne quid noui in Ecclesia, quod ei semper displicuit, induceretur. cum uelint, nolint, necesse sit saltem pro ratione & ordine Magni anni lunaris habenda, eis uti. Quapropter postquam hæc animaduertissem, & te Beatiss. Pater, minimè curare, quo quo modo Annus corrigatur, dummodo rectè omnia fiant: post reductionem Aequinoctii in Diem 25. Martii, illiusque in eo die stabilimentum, quod erat in hac reformatione maxime necessarium, ac post eam, quam ostendi doctrinam de inueniendo Die S. Pascatis per ueras oppositiones: uolui etiam præfatis numeris succurrere, ac in pristinam eos dignitatem restituere, ut in posterum, qu emadmodum antea (si eis uti cõtigerit) rectè fungi possint suo officio, & Aurei dici, præsertim cum uid issem, impossibile esse dari posse certam Regulam, qua iuxta SS. Patrum sententiam uno eodemque die ob meridianorum, ut ostendimus, differentiam, S. Pasca ab omnibus Christi fidelibus ad unguem semper celebretur. Quocirca preostensas Quinque tabulas exarare uolui ad ipsum S. Diem inueniendum, Aureorum numerorum, ac Literarum dominicalium ordine, eo pacto quo ostendimus, Diem incipiendo ab occasu Solis. Idque tanto feci libentius, quanto magis uidebam huiusmodi Tabularum usu nihil à uetere S. Rom. Ecclesiæ consuetudine & à Dionysii Abbatis inuento recessisse.

R Quòd

Quòd Aequinoctium ad proprium locum reducere, non sit contra Decretum S. Concilij Nicæni; quodque Rom. Pontifex nouam Regulam de celebrando uero Die S. Pascatis facere possit. Cap. XX.

Haec sunt Pater Beatiss. quæ de uera Anni forma & Calendarij correctione in hoc paruo uolumine hucusque dicere uolui. in quibus si quid erit; quod sanctis auribus tuis satisfecerit, magnopere mihi erit lætandum. tunc enim me pro Christiana Rep. minimè incassum laborasse cognouero, cui omnibus meis uiribus prodesse uoluerim. In hoc autem opusculo eas, quas tractaui difficultates, ita dilucidè explicasse mihi uideor, ut maiore non indigeant declaratione, in quibus si repereris, quæ tuo summo iudicio minus arrideant: tuæ sapientiæ, eorumque; quos huic negotio præfecisti, doctissimorum hominum prudentiæ examinanda reliqui. Faxit igitur Deus Opt. Max. in cuius manu (quemadmodum Sacra testatur scriptura) cor Regis est, ut ea, quæ de uera Anni forma tractanda, diffiniendaque sunt, ad eum exitum, quem omnes uolumus, suo fauore, ac gratia perducantur, tunc enim me meorum laborum, ac uigiliarum pro conseruanda, augendaque S. Matris ecclesiæ amplitudine, tuique nominis Pater Beatiss. existimatione, haudquaquam pœnitebit. Sed iam ad ea ueniam, quæ mihi supersunt dicenda. Quamuis SS. Patrum autoritate, qui in Nicæna synodo interfuere, sedes Verni æquinoctii Die 21. Martii (quemadmodum nonnulli arbitrati sunt) obfirmata fuerit, ut uideatur Sacrosancto illorum decreto, quod Euangelii uim obtinere, ex Magni Gregorij Papæ sententia existimatur, obueniendum non esse: nihilominus Aequinoctium ad antiquam eius sedem reducere, hoc est, ad 25. diem Martii, modo, quo supra ostendimus, neque contra huius S. Concilij,

[Margin: Prouer. 21.]

[Margin: Epist 24. Lib. 1. & Dist. 15. c. Sicut.]

cilij, neque aliorum SS. Patrum, ac Pontificum decreta esse uidetur: quam rem tu Summe Pontifex, qui tam ciuilis, quàm Pontificij iuris peritia uales plurimum, optime nosti. Nam si quis huius S. Concilii, ac eorum omnium, quæ postea sunt celebrata, sententiam de S. Pascate recte intellexerit: is quidem nunquam præfati Aequinoctii sedem in Diem 21. Martii obfirmatam fuisse inuenerit; sed omnium eam fuisse mentem & uoluntatem animaduerterit, ut ipsum S. Pasca, & à Quartadecima luna primi mensis, post Aequinoctium uernum, & die Dominico, dummodo Diem 21. eiusdem lunæ non transcenderet, celebre apud Christi fideles esset: cum Dionysius ille Abbas Rom. fuerit, qui Anno Domini 532. in conficienda Tabula de inueniendo S. Pascatis die, Aequinoctium in præfatum diem, atque Aureos Numeros in statis diebus mensium in Calendario stabiliuit. Quocirca si Aequinoctium ad locum proprium transferatur, ita tamen, ut S. Pasca intra limites Septem dierum à Quartadecima luna Primi mensis, Dominico die statim post ipsum Aequinoctium uernum celebretur: nihil fiet, quod sit contra huiusmodi decreta, immo uerò Decretum de Pascæ celebratione, quod iam per multos annos minimè obseruatum est, posthac suam uim retinebit. Dixi autem Primi mensis, intelligens de Mense lunari, iuxta consuetudinem annorum Sanctæ scripturæ, atque Hebræorum, quorum Primum mensem uocant ניסן: qui ferè semper nostro Aprili correspondet, non autem de mense solari. Quapropter non erit dicendum, te hanc Aequinoctii reductionem fecisse contra præfati Concilij decretum, immo asserendum, te pascalem canonem, à SS. Patribus in Nicæna synodo institutum obfirmasse; eoque magis, quòd nemo est, qui neget, te nouam formam Pascalis solennitatis inducere posse, præsertim cum hæc solennitas post D. N. Iesu Christi mortem non sit de iure diuino, propterea quod neque à Christo unquam, neque ab Apostolis lata sit aliqua

Can. Clement. 1. Nicę. cōc. can. 1. Angli. cōci. can. 1

 lex,

lex, de Pascæ celebratione. quæ res confirmatur uarietate
huius diei festi celebrandi in primitiua Ecclesia, ut est apud
probatos auctores uidere. quin potius quadam consuetu-
dine inuenio, hoc ipsum festum in usum inductum fuisse: cu
ius rei testis est Socrates in historia Ecclesiastica, quam Tri-
(Lib. 9. c. 38.) pertitam uocant. Quam ob causam ne in Pascatis celebra-
tione uideremur, cum Iudæis conuenire, Pontifices Roma.
canonem prædictum statuerunt. qui pôstea in Nicæna syno-
do approbatus, & confirmatus fuit. Cum uero iuxta om-
nium Sapientium doctrinam multa sint ob rerum instabili-
tatem, de quibus Lex sanciri non potest: in iis S. Pasca mihi
uidetur esse, præsertim, cum Lunæ motum sequatur; & ea
de re in Calendario propriam sedem non habeat. Hinc est,
quòd in tuo arbitrio est Summe Pontifex, ut Pasca hoc, uel
illo modo obseruetur, cum omnium Ecclesiarum auctori-
tas, totiusque Christianæ Reip. potestas; & plenitudo iuris-
(Dist. 21. c. In nouo testamento. Et c. Quãuis. Dist. 22. c. omnes. & ca. Sacrosãcta.) dictionis apud te sit. Sancta enim Rom. Ecclesia Saluatoris
nostri uoce instituta, & sanctificata, cum omnium Ecclesia-
rum caput, solaque totius Christianæ religionis lapis angu-
laris, immobilis petra, atque columna firmissima existat,
eandem quoque hac tempestate potestatem obtinet, quam
primo illo S. Matris ecclesiæ statu habere consueuit. cum
qua si quando aliæ Ecclesiæ de primatu, atque auctoritate
contendissent; nunquam tamen praualere potuerunt. im-
mo si quæ inter eas controuersiæ obortæ sunt, nunquam ni-
si per Summum Pont. Rom. siue per generale Concilium, ip-
sius Summi Ponti. auctoritate conuocatum, diffiniri ualue-
runt. Cum igitur Rom. Ecclesia reliquarum caput semper
fuerit: generalis Concilii uices gerere uidetur. quod etiam
(Platina in uita Bonifacij. 3.) Bonifacio tertio Pont. Max. à Foca Imperatore est declara-
tum. Quam ob rem Beatiss. Pater, cum possis tua auctori-
tate nouam Calendarii, siue Anni rationem instituere; &
S. Pasca, iuxta Patrum decreta obseruandum tradere: opti-
me quidem omnium iudicio fecisti, qui tantam, ac tam uti-
lem

lem Christianæ Reip. prouinciam capere uoluisti. Tibi enim iam inde à suscepto pontificatu hoc esse uidetur propositum, ut res magnas aggrediaris, res difficillimas pertractes, atque ea, quæ antecessores tui nunquam ne incœperunt quidem, rei magnitudine fortasse deterriti, quodque paucis admodum tam longa annorum serie agere contigit, in tua uigilantia, tuaque cura, ac diligentia, ad optatum maximeque expectatum exitum perducere procures. Tu quidem, quæ ad Dei Opti. Max. honorem atque gloriam: tu, quæ ad Christianæ Reip. utilitatem: tu, quæ ad ecclesiæ dignitatem pertinere existimas, & magno animo suscipis, & pro uirili parte fœliciter agis. Quia ea quoque, quæ nemo alius, ne excogitare quidem potuit, tu tua prudentia, tuaque sapientia, & ingeniose reperis, & reperta præclare exequeris: ut iam omnibus notum sit, te non frustra Vigilantis nomen sortitum esse. Vere enim inuigilas tu ad ea, quæ ad pastorale tuum officium spectant; præclareque imitari eos uideris, qui ante te tuam personam gerentes, celebre hoc nomine insigniti fuere. Quòd si ea, quæ ante hac in Dei ecclesia ad ipsius decus atque splendorem fecisti tam accepta, tam grata Christi fidelibus extitisse intelligis: quid, si, ut speramus, atque optámus, exorbitantem Annum, quod multis abhinc seculis à communitate fidelium tantopere expectatur, in suum pristinum, ac proprium statum, ut par est, nostra hac tempestate restitueris? Perge igitur Maxime Pontifex, ut cœpisti; nomenque tuum tam egregio, tamque illustri facto posteritati commenda. Nihil enim aut ad posteritatem gloriosius, aut ad commune commodum utilius tentatum ab ullo iam pridem meminimus, quàm quod in diuino fretus auxilio ad exitum perducere confidis. Quam ob rem quotquot in Ecclesiam Dei remque publicam Christianam utilitates, quot commoda, quot beneficia inde profecta erunt, ea omnia tuæ quidem curæ, tuo studio, tuæque diligentiæ accepta referentur.

Tibi

Tibi uero Beatiss. Pater magnopere lætandum erit, cum perspexeris, tuos conatus, tuosque labores, & diuino probatos iudicio, & humano applausu in communi omnium lætitia exceptos fuisse.

FINIS.

Θεοῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος:
Καὶ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει πόνος.

